emittit supfluitates tertie digestionis ut ponit
Auer.in tertio collꝫ. Dicẽdũ quod loquitur de
generatione in qua fit substãcialiter trasmutatio
quãuis secũdũ mea dicta alibi nõ forsaꝫ sit necesa
riũ in qualibet istaꝝ semp seperari supfluũ.Di
co gº quod spũs aĩalis nõ recipit suã digestionẽ
dãtem formã substãcialẽ in uẽtriculis cerebri.hº
declaratur pº.ex intẽcione .Galieni ĩ nono de uti
litate pticularũ in capitulo de retiformi plicatu
ra ubi uult quod spũs q effluit ĩ uẽtriculos ce
rebri est causatus prius & factus in retemira
bili & ꝙ nõ fit ĩ uẽtriculis uñ dic̃ efluit aũt semp
.s.in uentriculo q bene elaboratus est spũs in reti
formi plicatura causatus cottidie. Et subdit q
ellaboratus ẽ mox incidit in uentriculis cerebri
neq enĩ oportebit eũ q nõ ellaboratus ẽ puenire
Hoc secũdo potest psuaderi sic . si digestio talis
fieret ĩ uẽtriculis cũ illa cõtigat supfluitates sepa
ri.potuissent ille supfluitates ĩpedire actus uẽtri
culorum Item p rõem iã tactã organa sensuũ ui
derentᷣ uti alibi spũ facto gº organa cogitationis
ymaginationis & memorie debent uti spiritu ali
bi digesto quam in eis licet sit deuenire in cor
pore ad quandam primã pticulã que facit spũm
& utitur spũ in eo facto ut cor. ¶ Cõtra primã
rõem arguitur quia Ga.uult ca.pallegato ꝙ ue
ne emittant supfluitatẽ ad spaciositates.ĩ.uẽtri
culos cerebri.nõ gº erit pĩculũ de supfluitatibus
cũ spũs ibi digerãtur Secũdo substãcia parietũ
uẽtriculorũ cerebri digerit propriũ nutrimentũ
& ex inde resultant supflua Tertio ita probabitᷣ
quod ĩ uẽtriculo cordis nõ potest fieri generatio
spũs quia illi spũi asociaretᷣ supfluitates. ¶ Ad
primũ dicendũ primo ꝙ p spaciositates ĩtelligũtᷣ
loca apta ad receptiõem illarum superfluitatũ
ut sunt meatus eũtes ad nares & colatoriũ de q
bus infra dicet Auic.uel dicendũ quod ille super

fluitates uenarũ sunt grosse subsidẽtes i fundo uentriculorum & stati petẽtes meatus expulsio nis.unde nõ fit in spiritu animali claro ipedimen tum sed superfluitates que seperantur in hora digõnis spũs subtiles sunt uaporose apte moueri i uẽtriculis Hec tñ oĩa dicta sunt successiua.Ad se cundã dicendũ ꝙ forsam in illa nutricatiõe nõ fit seperatio superfluitatum. uenit.n.nutrimẽtum ultimũ ita digestũ ut nõ resistat forme nisi per gradũ pfectionis & nõ p partẽ sepabilẽ .uel ali ter dicẽdũ ꝙ illa supfluitas est pauca.Ad tertiã dicendũ ꝙ spũs cordis nõ indiguit tãta puritate quãta spũs cerebri. ❡ Secũda cõclusio est ꝙ spũs aĩalis recipit hanc digõnẽ in retemirabili.Et ut generaliter loquamur pfectõ postrema q̃ spũs meretur eẽ aĩal acquiritur in hoc rete.hoc pbatᷣ primo de intẽtione Auic.libro primo fen prima in ca.de anothomia artariarum subeticarum Et Ga.in nono de utilitate particularũ in ca.de reti formi plicatura & in libro de uirtutibus dispẽ santibus nostrũ corpus dicit.decens fuit ipsum spũm animalẽ transmutatione potiri certissima quo circa uellud laberitum tclã p quãdã uariã cõdidit natura ppe cerebrũ retiformem plicatu ram Idẽ ponit halyabas tertio theorice.xi.ca.Et pbatur hoc rõe.Ibi digeritᷣ spũs aĩalis digestio ne pfecti ubi ad minima diuiditur & imoratur sed hᵒ ẽ i retemirabili gᵒ &c̃.Maior ẽ nota q̃tũ ad unã ptem per Auic.ubi decoctio uero sed q̃tũ ad aliã ẽ nota per Ga.in nono de utilitate parti cularum in ca.de retiformi plicatura ubi dic.ubi certitudinaliter elaborare materiã uult natura diuturnã ei cõuersationẽ i organis digõnis pre parat.Minor ẽ nota quia nõ repitur in cerebro locus alius in quo possit spũs ita diuidi ad mini ma pp multã subtilitatẽ ramorũ rete et illorum multiplicitatẽ.nec etiã in quo possit tñ imorari pp multiplicem inuolutionem & supinolutiõeꝫ unde Ga.in libro de uirtutibus dispensantibus corpus noĩauit illud rete laberintũ & hocest ꝙ halyabas.i.iii.theorice.xi.caᵒ.dic.fecit hãc ei iter plicatiõem natura ẽti similẽ ne forte citiᵒ eã pos sit egredi spiritus.sꝫ rete circũdedit ut imoretur i ea compleatᷣqꝫ eius decoctio Est sciẽdũ ꝙ Ga.ñ fuit cõtẽtus dicere quod in retemirabili fiat hec digestio immo pbat quod spũs aĩalis idiget isto rete p sui digestione nã spma indiget circa geni talia uaria formi plicatura suaꝝ uenaꝝ ut acq rat formam gᵒ spũs multomagis eget uaria for mi plicatura ita arguit in nono de utilitate ptici larũ preallegato capitulo

SED CIRCA DICTA dubitatur cũ duplex sit retemirabile.unũ inter durãmatrẽ & os basi lare de quo Auic.dixit supra pᵒ.caᵒ.Aliud auteꝫ quod spargitur p substãciã cerebri de quo haly i tegni tractatu.ii.comto.xiii.cuius ramuli terĩnã tur ad uẽtriculos iplẽtes in eos spũm.in quo isto rũ retiũ fiat hec digestio.Et uidetur quod in re te spso p substãciã cerebri qa Auic.ponẽs utilita tẽ futurarũ cerebri ponit ut spũs digeratur ille aũt future non sunt aliud q̃ diuisiones ad quas ptingunt artarie.Itẽ ubi spũs diuiditur ad mini ma ibi perfecte digeritur sed hoc est in illis arta riis cerebri gᵒ &c̃.In cõtrariũ arguitur qa au ctores concordãt coĩter quod in retemirabili qđ est sub cerebro prope os basilare.s.inter duram matrem & os ❡ In hac questione est difficultas Possumus tñ dicere primo quod una perfectio numero datur in rete utroq; sicut una perfectõ datur i uenis epatis oĩbus stantibus in carne epa tis quãuis in gibo epatis augeatur perfectõ Sic etiam perfectio substantialis datur in rete prio deide augetur in rete secundo quod ẽ in cerebro & quia augumentum nõ põt fieri in gradu sub stantialis forme si substantia nõ recipit magis & minus ĩõ dicemus ꝙ illud augumẽtũ ẽ i accitibᵒ Sicaũt secundũ alios speculãtes spũs animalis cuꝫ fit ex uitali nõ recipit aliã formã substãtialẽ tũc dicemus ꝙ aliquã ptem pfectõnis accidẽtalis acq rit in rete pᵒ.aliquã in zᵒ ex quibus integratᷣ una pfectio accidẽtalᵒ qua ille spiritus ẽ cõplete spũs animalis.Secũdo mõ possumus dicere ꝙ pfectio quã recipit spũs in retemirabili. primo quod est sub cerebro ẽ pfectio accidentalᵒ & pparatiua si cut ẽ pfectio que fit i ueis meseraicis pparatiua ad formã substãtialẽ dandã in epate sed pfectio quã recipit in zᵒ rete quod ẽ in substãtia cerebri est pfectio substãtialis sicut illa quã sanguis hẽt in uenis que sunt in carne epis.Hic tñ modus di cẽdi ẽ apparẽs & nõ cõsonus pmissis dictis au ctorum.Tertio mõ possumus dicere ꝙ in pmo rete fit transmutatio substãtialis & in zᵒ etiã fit trãsmutatio substãtialis specifice differẽs ab illa uñ illa abicitur & ista inducitur & tũc inter for mas spũs uitalis & formã spũs animalᵒ i cerebro est forma media spetie differẽs ab utraq; opatõe Cõpabimus gᵒ formã spũs datã in pᵒ retemira bili forme chili date in stomaco & formam spũs datã in secũdo rete.s.in substãcia cerebri forme sanguinis aqsite in capite. hec & si apparent no ua possunt declarari.Nam spũs uitalis secũdũ medicos substãcialiter trãsmutatur i pᵒ retemi rabili ut apparet ex dcis & ẽt substãcialiter trãs mutatᷣ in zᵒ.rete peadẽ rõeꝫ qa i eo ad minima diuiditur Ista ergo transmutatio uel est ad eã dem formã numero & hoc ẽ imposibile quia ad formam preexistentẽ eandẽ non est motus siue mutatio.esset enim cõtradictõ Si ergo spũs est primo substãtialiter transmutatus i primo rete imposibile est quod i secũdo substancialiter trãs mutetur trãsmutatione eadem secundum nume rum ad eãdẽ formã secũdũ numerũ Et p eandẽ

rōnem nō poteſt tranſmutari ad eandē formam ſpē quia quod eſt idē alteri ſecūdū ſpeȝ nō pōt cōperari ei ut materia ſubſtancialiter tranſmuta bilis ut homo hōi & ignis igni Relinquitur ergo quod ſi ſpūs primo ſubſtancialiter tranſmuteṫ in primo rete deinde ſubſtancialiter in ſecundo quod iſte ſint forme ſubſtanciales ſpecifice diffe rētes & una ad aliā preparat ut forª chili ad formā ſanguinis. Et hoc fuit cōueniēs quia natura formā pfectā p plures gradus puios inducit ut apparet de forma que eſt anima aīalis. qa gº for ma ſpūs aīalis erat ualde pfecta iō nō ſolū ppa ratur ad eā forma ſpūs uital' que eſt pparās ad ſpiritū naturalē ſed etiā forma ſpūs innoīati no bis que datur in primo rete mirabili. Sed. t. d. di cā quod hic ſpūs ſimul in rete prio & ſecūdo trāſ mutaṫ ad unā formā ſubſtācialē numero. ſicut ignis idē numero pōt incēdi in uno baculo conti nuo cuius pars ſ t in uia & pars in domo. dicēdū ad hoc quod iſta trāſmutatio primo ſecūdū tps fit in rete pº in quo retinetur & ad minima diui diṫ deide ille met ſpūs trāſit p duas uias forma tas ex collectōe illius retis et trāſit ad cerᵐ iterū ramificatis illis uenis & ad minima diuiſis & ibi ſubſtācialiter trāſmutatur. Pª. gº digeſtio eſt facta in pº rete ex calore quodā nūdū terminato ad cerebrū ſȝ quaſi cōi cordi & cerebro & hec ē digeſtio ad unā formā ſubſtācialē aliā a forma ſpūs uitalis. deide in alio rete uirtute ppria cere bri datur alia forma Iſta dicūtur ad excitādum mētes intelligētiū ¶ Tertia cōcluſio eſt quod in uētriculis cerebri ſpūs recipit aliquā digeſtionē & ſi ñ ſubſtacialē tñ aliquā accidentalē. i. aliquā perfectiuā & hoc maxime ſecundum medicos nā ſecundum medicos oīs ſpūs qui ad aliquod or ganū pro aliqua uirtute terminatur recipit ibi ali quam perfectionem ſiue complexionē ſicut ſpūs cerebri in criſtalina. cū ergo ſpūs ſtans i ſubſtātia cerebri & cadens in uentriculis determinetur ad organū determinatū & uirtutē ut in uētriculo pº ad fantaſiā & ſenſum comunē in ſecūdo ad co gitatiuā gº. ibi i eo aliqua pfectio acquiretur. Ex quo apparet quis ē ordo puentus ſpūs quia pº recipitur in anteriori uentriculo. deinde in ſecū do & cā ē quia talis eſt ordo uirtutū iſtarum agētiū ſpūm Prior. n. tēpore ē ſenſus comunis et ymaginatiua q̄ cogitatiua & memoratiua & forſam aª cauſa ē quia ſubſtancia cerebri anteri or eſt pluris quātitatis aptior ad digeſtionē fa ciēdā Etiā uirtutes cogitatiua extiatiua & remi niſitiua ſunt pfectiores & iō eguerūt ſpū ultime pfecto. ſpūs ergo primo in primo uētre deide in ſecūdo tertio in tertio perficitur & hoc intellexit Auer. primo cātice cōmento. lxxxv. Ex quibus ceſ ſant contraria quīa oēns uerum dicunt Scias tñ ꝙ ſermo Auic. hic cū dicit uadit ad uacuitatē eius primam &c̄. non intelligit uacuitatem. i. ſo lum uentriculū ſed etiam cōmiſſuras i ſubſtātia cerebri iuxta uētriculos. Rō. n. ¶ Auic. nihil cōclu deret niſi ſic exponeretur. hic. tñ eſſet difficultas magna quā taceo.

ET INTER HVNC VENTREM. Superius Auic. notificauit cerebrū per anothomiā q̄tū ad ſui partes pncipales hic poit anothomiā ptiū ānexarū & ſunt q̄tuor. ſ. glandula. uene circa illam appoſite & partes quedam uermes nominati. loca expulſionis ſuperfluitatum. Primo ergo uenas & glandu lam notificat. ſecundo appoſitōes uel quaſdam partes que dicūtur uermes. tertio uias expulſiōis Secunda ibi Et ipſius partes que ſunt Tertia ibi expulſio pterea ſupfluitatū ¶ In prima pte diċ inter uentrem mediū & āteriorē eſt locus qui ē ptitio duarū ueārū magnarū aſcēdētium ad cerē brū quarū rememoratō patuit ipma primi & uocatur torcular Secūdo diċ ꝙ ex iſtis ueis texi tur ſecūdia ſub cerebro. i. piamater. Quid poſt dicat patet in littera. ¶ Eſt ſciendū quod ſicut ar tarie aſcendentes conſtituunt retemirabile. ue ne conſtituunt rete quod dicitur ſecundina. ſ. ad nutriēdum cerebrū tñ diuerſimode quia ſole ar tarie cōſtituūt retemirabile ex quo ſtatim a pte inferiori fit ingreſſus i cerebrū ſed iſte uene diui duntur ſuper illa glandula & aſcēdunt ſurſum & reuertuntur iferius & cauſam aſſignat Auic. prima primi ca. de anothomia artariaruȝ ſubeti carū Et Ga. miratur de hoc in nono de utilitate particularum ca. v. Secundo dices tu quare non fecit mentionē de retemirabili. Dicēdum quod perfecte dixerat primo libro. ¶ Poſt dixit ultio Et pars cerebri. i. locus medius in quo puniuntur & ad quem ueniunt iſte uene.

ET IPSIVS. Hic notificat quaſdā partes cere bri ānexas que dicuntur uermes & dicit Et ipiᵘ. ſ. cerebri ptes. ſ. appoſite que ſunt deſup. i uē triculo āteriori qui uētriculus pōt uocari deſup. quia eſt prior & etiam altior Sed tu dices q̄re ſtatim poſt uenas determinauit de huiuſmodi uermibus. dicendum quod ſatis aſſimillantur uenis rubeis ex ſanguine. ¶ Eſt ſciendū ſecūdo ꝙ antiqui periti in anothomia nominauerunt has particulas uermes quia multum habēt ſimilitu dinē cū uermibus ut ponit Ga. i octauo de utili tate particularum capi. de uniformi & ſihyſci. i. terminatione Tertio eſt ſciendum quod hos uermes notificat ex decem primo ex ſui loco ge nerali quia in anteriori uentre. ſecundo ex ſui ſimilitudine in figura quia uermicularis forme. ſ. uermis ſubterranei Tertio ex ſui compoſitōe. qa hēt cōmiſſuratiōes ut poſſit habeṙ diuerſos motus ſecūdū Ga. in octauo d̄ utilitate particu larū Quarto ex modo cōpoſitionis quia cōmi

furatō ē in longitudine Quinto ex sui paniculo qa copitur piamatre ut Auic inuit Sexto ex sui situ speciali quia ē sup addiciones simile coxis cō iunctis & iste sunt follium siue fundus uentriculi anterioris Septimo ex modo quo ibi ē quia isti uermes aligantur sup illis additionibus cū ligamētis que nominātur corde siue tenātos ut Ga. hic & Auic.in nono de utilitate particularum & nono d iuuamētis mēbro ca.sexto isie Octauo eo opatione quia appiūt meatū qui ē pricipiū uētriculi medii & hoc qn corugantur & in latū augentur & claudunt quando extenduntur qa illa duo additamēta sic coxe ex hoc premūt usq ad locū coiunctionis ea qui est locus principii uētriculi medii & sic oppelant illū meatū Et hoc est quod dicit usq ad coiunctionem & opilletur meatus .Nono ex pte diuersitatis partiū āterioris & posterioris quia pars que recipit partem cerebri posteriorem ē minor.etiam pars ānterior est maior etiam pars posterior habet aliquam concauitatē sed āterior non ēt pars posterior qn intrat in meatum uentriculi quia multū apropiquat ēt ps posterior ē strictior & āterior latior qa hoc ē cōforme ipi figure & substācie cerebri & h° ē quod dixit secūdū formam qua cerebrū tolerat.decimo ex nomine p h° ꝙ dic qd noiatur uualia quia sunt sic due uule in colore & lenitate & forsam itelligit de aditamentis.s.in principio uersus āte ubi isti uermes sunt grossi.xi.notificat ex modo sue compositionis qa nō h ēt cōmissuras Sz tu diceres cōtra .cōtrariū huius supdixit cū dixit.cōmissuratio ex cōmissuris &c .Idē uult Ga.nono d Iuuamētis ca.sexto.ūde dic uermis n fuit ↄpositus ex multis ptibus nisi ut recipet multas iuolutōnes & ut posset moueri multis motib⁹ diuerse qtitatis Dicēdū p° ꝙ sermo Auic. forsam refertur ad duas coxas cerebri sup quas locatur.uel dicēdum quod per cōmisuras intelligit asperitates supficiei.nā isti uermes licet habeant in substantia cōmissuras qa diuersas ptes tn in supficie sunt lenes obedientes motui Et ē sermo cōformis littere Auic.in.xii°. de animalibus ubi dicit Er illic due uue.i.uermes nō habent in se asperitatem sed potius planitiem ut melius possit cōplicari .& cōfricari.uel dicendū quod in actu .i.in aparētia sunt nō habentes cōmisuras siue diuersitates ut sic quasi motus rei unius & hoc qa melius constringunt & coperiunt foramē uel melius coperiuntur ab eo paniculo etiaz qa motor uermis melius mouet eum cum est unus sed i potentia & in oculto habent cōmissuras pp diuersos motus quibus indigēt.uel dicēdum quod habent cōmissuras secūdum longitudinem nō aūt secūdū latitudinē.ex quibus cessat cōtradictio.

EXPVLSIO hic notificat uias expulsionis sup fluitatis uentris anterioris secundo medii tertio posterioris qrto nuche. secūda ibi et ali⁹.tertia ibi & posterior uero .quarta i bi nuche quoq. In p^a pte dicit.Expulsio supfluitatū cerebri habet duos meatus & itelligo d supfluitatib⁹ grossis quia subtiles expellūtur p cōmisuras .unus ē in uētre anteriori et apud terminū cōez qui ē inter ipuz & iter illū qui est post eū .¶ Et sciēdū quod secūdū.Ga.in nono de utilitate particularū & helyabatem in tertio tehorice capitulo.xi°. superfluitates cerebri sunt duo modo.s.subtiles & euaporose .et iste expellūtur p cōmissuras ossis.& grosse & iste uadunt p foram ia nariū & colatorii & d istis ē sermo hic ¶ Secūdo ē sciēdū ꝙ pria littera pōt exponi dupliciter.primō quod ipe uelit notificare uiā expulsionis q est p nares & tūc dicemus quod ista uia est in uētre āteriore apud terminū q ē inter ipm uentre & illū.s.terminū qui ē post.iste aūt locus est inter cerebrū & ossa frōtis Alio modo pōt exponi quod uelit notificare uiā expulsionis unam q teriat ad colatoriū & palatū & ista uia ē i fine uētriculi āterioris & in principio medii uētriculi q ē post ipm & hoc ē quod dixit unus meatus est in uentre anteriori & apud terminū cōez q est inter ipsum & illum scilicet uentriculū qui est post & iste est uentriculus medius Alias pter ipuz.s.post & ista expositio est cōsona mēti.Ga.in nono de utilitate particula ca°.tertio Nō fecit aūt hic mētionē de uia nariū quia illud pendet ex sciēcia de anothomia nasi infra.

ET ALTER hic notificat meatū expulsionis supfluitatū uētriculi medii & dicit quod alter meatus ē in uētre medio.s.in loco cōi cū uētre postremo ut dicet stati.

POSTERIOR .hic notificat locū posterioris uētriculi & dicit quod uēter posterior non habet meatū singularē siue apropriatū Et ponit tres causas.prima est quia positus est in postremo & ex hoc habet duo .primo quod superfluitates sunt p posteriores uētriculos et meatus eorū mūdificate.ii.quod nō posset faciliter reuerti super fluitas ad locū colatorii. secūda cā ē quia ē paruus & ideo n tolerat foramina et inuersationez.i. diuerticulū.uel exponitur .i.iuiscationem qa meatus diuertit ad partē ad quā tēdunt superflua. tertia cā est quia sufficit sibi.meatus cois in se & uētriculus medius ut dicit littera exterior simul cū interiori & ista ē cā propria inter omnes tres cās nā nō sufficit dicere ē postremus et ē paruus ergo nō habet meatū expulsionis superfluitatuz hoc nō sufficit sed ē propria cā & suasiua dicere quod habet meatū cōez cum uētriculo medio p quem poterit expellere sua superflua.hec ē sufficientior cā & magis propria & hoc ē quod dic Et hoc proprie.

ET NVCHE.hic declarat uias superfluitatum

a nucha & dicit quod due sunt uie una est p quā expellūtur superfluitates insensibiliter & alia p quā expelluntur sensibiliter Est sciēdū qđ Auic. dixit in littera resoluūtur qa forsam ē isensibilis expulsio & forsam sunt duo foramina in ossibus spodilium.

ET ISTI DVO. ¶ Hic declarat pcessum hay superfluitatū & dicit φ isti duo meatus cū icipiunt ex uētre medio & posteriori & penetrāt in ipuz cerebrū trāsuersantur &c. littera patet. ¶ Est sciēdū φ Auic. uult φ isti duo meatus. s. in cerebro quoy unus ē inter primū et secūdū uētriculū & alter inter secūdū & terciū & hoc est quod dicit. Cum icipiūt ex duobus uētribus. s. anteriori & medio quia istis plus apropīauit eos penetrāt &c. i. ueniūt ad foramē piematris & postea dure matris ita φ ibi ē orificiū strictū & supius latū & cōcurrūt duo meatus in isto orificio paniculi & ideo est sicut embotum ut ponit halyabas. iii. theorice caº. xi. & Galienus in nono de utilitate pticulay caº 3º & hoc ē quod Auic. dicit φ dicit caput rose qa etiā est caput rose sicut ēbotū ut patet in figura hac extra poita postea penetrans paniculū durāmatrē obuiat glandulle cōpresse & ista glādula replet loca illa & ē apta receptōi superfluitatū. Et sunt iste glādule inter paniculū &c. & tūc ē trāsitus p os collatorii i supmo palati Ista tñ difficulter aprehēdūtur sine anothoª uisa. ¶ Remāserūt due dubitatões Et pª ē utrū spūs animalis cōtētus in cōmisuratōibus cerebri stet inter partē et partē cerebri an in artariis. & quia hec questio indigeret multo sermone i mirabili ramificatōe artariay & uenay i cerebro qa ualde differt ab aliis ptibus ut ponit Ga. in nono de utilitate pticulay caº. vº. ideo breuiter trāseo ponēdo φ credo uidelicet φ spiritus aialis spsus p substātiam cerebri qui etiā ab Auic. dicitur eē in cōmissuris ē cōtractus i ramis artariay puissimis sparsis p illas cōmissuras Et hoc pōt đclarari nā nō uidetur alius spūs aialis i cerebro cōtineri nisi ille qui ꝑpellit̄ i uētriculos sed ille ꝑpellitur a ramis artariay ut fuitur pº cañ. fen. prima i caº de anothoª artariay subeticay et Ga. i nono de utilitate pticulay caº. iiii. uidetur hoc sentire cū dicit totum cerebrum ab his artariis plectit̄ multiformiter scisis & multe scisionum ad uētriculū eius desinūt Et post multa uerba dicit. In his artariis. s. ascēdentibus p cerebrū multo tēpore manens elaboratur qui aūt elaboratus ē mox uadit in uētriculis cerebri. Hoc potest adaptari mēti Auic. infra in caº de uertigine. ubi dicit spiritus aialis non digeritur et rectificatur nisi i illis ueis idest artariis cerebri. deide requiescit i substātia cerebri. i. i uētriculis et hoc apparet qa subdit et postea dispgitur i neruos sed prius ē i uētriculis q̄ spgatur i neruos. Appet etiā ex alio qa ipse dicit Non digeritur nisi i illis ueis cū gº supra dixerit φ spiritus digeritur in cōmisuris ergo oportet quod in illis commisuris sint artarie alioquin male dixisset hic non digeritur nisi in uenis. Si quis aūt cōtrariū huius quod dictū est uellet fantasiari nō phibeo. ¶ Secūdo est dubitatio utrū spūs aialis sit subtilior uitali. uidtur quod nō qa spūs tēdens ad infrigidationē uidetur tēdere ad ingrossationē cū frigidū ingrosset & inspisset sed spūs uitalis cū fit aialis infrigidatur quia sicut sanguis infrigidatur ut fiat lac ita etiā uidet̄ de hoc spū cū simili mō fiat. unde halyabas i quarto theorice caº. xviii dicit hoc mō fit generatio spūs aialis in cerebro a spū uitali quēadmodū & mamile sanguinis ꝑparate decoctōi ut fieret lac Secūdo s. c spūs humidior uidetur grossior quia sicitas ē cā subtilitatis spirituū ut infra fen 3ª tractatu quarto pº. caº. sed spūs aialis est humidior cū cerebrū sit in genere humidoy Tertio sic digestio procedit ingrosando ut p3 in quarto methauroy & i comēto secūdi ꝑnosticoy comento xxxiii. s3 spūs aialis fit p digōe3 gº &c̄ ¶ In cōtrariū est a3ararius i pnº sue medicine i caº. de cerebro. Dicēdū quod spūs ailis ē subtilior uitali ut inuit a3ararius quod ēt sentit cōstrabē in libro de dria spūs & aie q loquēs de generatione huius spūs dicit quod efficitur subtilior. Idē uult halyabas in tertio tehorice. xi. caº uersus finē melioratur aūt eius subtilitas &c̄. Itē ille spūs est subtilior qui est remotus a terrea opacitate & ē dyafanus & lucidus. sed spūs aialis est huiusmodi cū eius opationes hoc reqrāt ut notū est. Ide3 declaratur ex natura loci in quo generatur. s. reti mirabilꝭ subtilissimi in quo oportet spū3 uitalē ualđ subtiliari ¶ Ad cōtraria. Ad primū dicēdū quod frigidū absolute inspisat & igrossat sed frigidū terminatū. i. remisse calidū agit secūdū exigētiā agētis. Ad secūdū dicēdum ut ibi dictū est. uel dicēdū. quod sicū terreū iducit grossitiē sed huidū aereū inducit subtilitatē et tale ē pricipiū spūs aialis ¶ Ad rōnē dicēdū quod illa ꝑpositio est declarāda secūdū quod in pº libro declarata est a me in caº. de uirtutibus Vel dicendū quod ñ ē uera simpliciter. uel dicēdū quod ñ ē uey uniuersaliter secūdum cōciliatorē differentia quinquegesima. ¶ Esset tertia dubitatio qs uētriculis sit nobilior de qua apparet aliquid dictū sup fen. xi. caº. pº. ¶ Si aūt inter quosdā auctores aliqua discordia appareat nō ē multum đ eis apreciādū quia nō sunt famosi

Sermo uniuersalis de egritudinibus capitis & facientibus egritudines in ipso

OPORTET ¶ SCIRE QVOD egritudiẽs numerate. Supius Auic. per anothomiã notificauit nobis cerebrum & utilitatẽ capis & partes hic exquitur ꝗ̃ dispositionibus capis & pᵒ. in gẽrali secundo i speciali. secunda ibi in pricipio secundi tractatus. Soda ẽ lesio in mẽbris capis. pᵃ in tres pᵒ determinat de dispositionibus capitis quãtuꝫ ad diuersitatẽ cãpꝝ. secũdo ꝗ̃ sigis dispoñũ. tertio de cura & hᵒ totũ facit sermone generali. secũda ibi principia ex qbus in sequẽti caᵒ. tertia ibi Cum ꝗ materiam euacuare ¶ Ad euidẽciã primi est sciendũ quod Auic. enumerans dispositões capitis enumerat dispositões egras & nõ sanas quia cuꝫ egritudo sit nocior maxie quodãmodo i suis spẽbus ut pꝫ in .iii. colliget iõ narrauit eiꝰ genera & spẽs & ex hᵒ dedit itelligere spẽs siue modos sanitatis illis oppositos Exciatur .n. ꝙ tot sunt numero sanitates quot egritudines ut ibidẽ Auer. in .iii. celi & mũdi cõmẽto .xviiii. & .v. phisicorũ cõmento .lvii. Iste ẽtiam egritudines nõ sunt solũ egritudines nũc sed possunt esse egritudines que coĩter dicũtur simpliciter & icludũt aliquã sanitatẽ. primo gᵒ premittit in generali naturã egritudinũ euenientiũ capi ostendẽs quid per caput itelligit. ii. declarat subdiuidẽdo illa genera Secũda ibi. dicemus gᵒ. ¶ De prima parte littera pꝫ Est sciendũ ꝙ duplex littera reperitur. una que dic oẽs numerate. s. in primo libro fen. ii. & hᵒ in gẽre Alia dicit numerate oẽs. i. in cõi. ¶ Secũdo ẽ sciẽdũ ꝙ Auic. ꝑtulit secũdũ sermonẽ. Secundũ ꝑp serapionẽ q icipit ab egritudinibus. i. dispositionibus capilloꝝ in passionibus capis cũ sermo ꝑprior. sit in capᵒ decorationis & iõ loquet̃ i fen septima in .iiii. cañ.

DICAMVS. HIC. declarat in sermone ẽt cõi illas egritudines & primo q̃tũ ad diõnẽ generũ egritudinũ in suas spẽs Secũdo q̃tũ ad modum ꝑuẽtus illaꝝ. s. pricipaliter uel ꝑ associationem Secũda ibi egritudines preterea cerebri. prima in duas primo facit ꝙ dictũ ẽ. ii. ostẽdit sufficiẽtiã numeratõis harũ egritudiũm cerebri Secunda ibi Et tu quidẽ nõ reperies. Prima i quatuor pᵒ enumerat egritudines cõplexiõales Secũdo cõpositionales. Tertio unitatis Quarto compositas. s. apostemata Secũda ibi Et accidunt ei. Tertia ibi Et accidũt Quarta ibi & accidunt. ¶ In prima parte dicit ꝙ egritudo eueniẽs cerebro cõplexionalis quedã ẽ sine materia & quedã cũ materia & proueiens a mala complexione cũ materia quedam prouenit a materia uentosa quedam a materia aquosa & qdã uaporali Secundo dixit ꝙ ipi cerebro accidit multũ mala cõplexio huida quia in pricipio creatõnis i quolibet cerebro sunt multe supfluitates humide aut acquisite a matrice aut ex pricipiis necessariis & cõponentibus & oportet quãdoqꝫ de illis humiditatibus i pcessu purgare aliter ex retẽtione ipsarum magnuꝫ cõsequeretur periculum Tertio dicit quod tota ista mala complexio uel materia ãt ẽ i substãcia cerebri aut in uenis aut in eius uellaminibus uel uentriculis. ¶ Est sciendum quod Auic. i littera primo uult innuere hanc diuisionem. Mala cõplexio cerebri aut est simplex aut composita. & sunt octo aut sine materia aut cũ materia aut humorali aut aquosa Et hoc ẽ quod dicit hñte substãtiam. i. corpulẽtiã humoralẽ aut uaporalẽꝫ. i. que nõ habet corpulẽtiã hũoralẽ Et ẽ sciẽdũ quod nontanter dixit aut uaporosa ante hoc. aut hñte substantiã quia generalior materia est uaporosa q̃ humoralis. pot. n. surgere uapor aliunde quã ab humoribus. ¶ Secũdo ẽ sciẽdũ ꝑ hᵒ quod Auic. dicit Et multiplicãtur quod in hoc dicto Auic. uult oñdere qꝫ egritudines plus cõtingant cerᵒ hiũde q̃ aliũde Et ꝑbat nã cerᵐ a pricipio creatõis qa i ꝑma etate multas hꝫ humiditates ex matrice lꝫ ẽt dispõe extra matricẽ et iste sũt supfule ut mũdatione egennt & si nõ timetur inde picuiũ Et hoc ẽ quod dicit. magnificatur inde res. mẽbrũ ãt quod habet multas humiditates faciliter incidit egritudines humidas ¶ Tertio est sciẽdũ quod cerebrũ ẽ mẽbrũ ualde humidũ unde sup oĩa menbra nostri corporis preponitur in gradu humiditatis ab Auic. in primo cañ fen. prima. corpus etiam nostrũ generatur in multa humiditate ut patet in secũdo de cõplexionibus & est in matrice ẽtẽtũ i multis humiditatibus ut ifra fen duodecima caᵒ secũdo Et ideo non se nutriat usqꝫ ad tẽpus mortis ut fen. zi. tractatu primo in fine Et iõ ẽt qñꝫ aqua in capite ex hoc colligitur uñ dixit Auic. ex eo quod acquisiuit a matrice. ẽt extra uteꝝ quia ipm ẽ mẽbrũ humiduꝫ & multe humiditates ad ipm eleuantur que ibi cõgellantur & faciunt humiditates in coriꝫis & brancis appentes sicut ẽt fit pluuia ex uaporibus sursum elleuatis ut ponit Aꝛꝝ. in secũdo de partibus aialium in caᵒ de cerebro & hoc ẽ quod dixit Auic. aut postea ¶ Quarto est sciẽdum quod littera que dixit Et ẽ tota expoitur dupliciter unomõ & ẽ tota. s. materia. aliomõ. s. mala cõplexio siue simplex siue cõposita siue cũ materia siue sine materia Deinde cũ dixit

ET ACCIDVNT. hic notificat egitudines cõpositionis & primo ponit egritudines quãtitatis. s. sit minus suple uel maius sũ. q̃ oꝫ. expressit aũt ꝗ̃ minori quia peior est dispositio parui capitis q̃ magni. secũdo ponit egritudines creature que diuidũtur in egritudines figure & ponit illas & patet & ponit egritudines receptaculoꝝ cuꝫ dixit & ua sa. i. receptacula sint opillata & egritudines uiarũ in cerebro cũ dixit aũt canale & uiarũ q̃ sunt uene uel artarie. uel nerui cum dixit in ner

nis.&c. Morbos autē superficiei non dixit qa nō accidunt sibi ita quod medicus ad eos distincte itēdat nisi i osse capis l' itellexit p dictos morbos. tertio ponit egritudines situs Et primo situs p societate cū separatur ligamē cū quo uellamē asso ciatur craneo uel cerebro uel inter se.quarto poit egritudines situs p loco ut cū paniculus a suo lo co sepераtur Posset tñ ecōtra exponi ut apparet de se. ¶ Est sciēdū.tu dices qre obmissit morbū in numero.dico ꝙ mōstruosum est fieri duo ca pita & rarissime cōtingens.

ET ACCIDVNT.Hic ponit siue notificat uir tutes & patet. ¶ Est sciendum ꝙ in lingua eoꝝ uidetur quid diuersum significare egritudines cōtinuitatis & resolutō singularis.i.solutio sin gularis ūde unū poit cām alterius.Et h° reqre a me fen.xi.distinguit āt eius spēs secūdū mēbra ut substanciā suam artarias &c.

ET ACCIDVNT.Hic notificat egritudines cō poitas.s. apāta & primo fac h° .secūdo declarat dictum Secunda ibi.ex frigidis Prima pars pꝫ in littera ¶ Est sciendū quod Auic.inuit diōem apātū primo ex parte subiectorū qa uel fit apa in substancia cerebri uel i paniculo subtili.i.in pia matre āt extrinseco.s.tegēte os &c.secūdo inuit diōnē ex parte materierū quia apāta fiūt uel ex calidis humoribus &c.

EX FRIGIDIS .Hic dclarat dictū.dixit quod apa capitis uel est de humore calido uel frigido. & uult quod apostema dicitur calidum nō solū quod fit ex sanguine uel colera sed ex quocunq humore dūmō sit calidus p putridinē.Si aūt hu mores sint frigidi i natura ut flegma & melāco lia naturalis et ōn frigidi pp puatōem putredis & hoc est quod dicit.Et quieti faciūt apostema frigidū & est sermo eius p° libro fen.secūda i ca° de egritudinibus cōpositis .deinde cū dic

ET TV QVIDEM.hic ostēdit sufficiētiā enu meratōis egritudinū cerebri et arguit sic Nō re pitur aliq egritudo cerebi que nō reducatur ad istas uel contingat ex istis g° sufficienter est fac ta enumeratio.Antecedēs poit.cōsequētiā & con sequens intelligit ut nota Est sciendū.d.t.cōtra quia uermes i cerebro sunt egritudies & nō pos sunt reduci ad aliquā predictaꝝ.secūdo dolores māsiui sunt egritudies. Ad pmū dico quod uer mes reducūtur ad morbū uie.s.nariū qa in illis foraminibus corñdētibus maxime nascuntur ut Auic.poit infra ca° de soda facta pp solutionem cōtinuitatis.si aūr alibi nascuntur est raro Vel dicēdū quod reducūtur ad morbū in numero partiū capis de quo Auic.nō fecit mētionē dedit tñ intelligere.Ad secūdū dico quod dolores siue sint uera accītia siue qñ possint noiari egritudi nes reducūtur ad egritudines ex quibus cōtigūt ut ad malas cōplexiōes & solutas cōtinuitates & iō dixit. Aut cōtingētē sicut etiā morbus super ficiei ad aliquā de predictis reducitur

EGRITVDINES.P° hic enumerat egritudi nes diuersificatas quantū ad modū puētus uel .n.sunt pprie uel per coitatē q̄uis qñꝫ res.i.peri culū in egritudine coitatis tm̄ augeat ꝙ fiunt p prie qa licet cessaret comunitas r̄maneret egritu do in cerebro .fiunt ēt pernitiose sicut ex ptibus pectoris in pleuresi & gulle i sqnātia Expelunt ad ipuꝫ.s.cerebrū materie inducētes malitiā ha nelitus & hoc ē quod dicit perforantes & ocadē tes & sepe &c.hic est dubita° utrum cerebrum possit apāri Sed dicetur in capitulo d̄ carabito.

De significationibus.ex quibus oportet cognosci de dispositionibus cerebri.

PRINCIPIA AVTEM Ex quibus. ¶ Iam Auicena sufficienter enu merauit egritudiēs capitis nūc uult docere eius dispositiones cognoscere & primo premittit genera siue spēs signorum que sunt principia ex qbus puenis ad cognitionē dispositionū cerebri Secūdo dat modū significan di ex illis Secūda ibi.Significa° qdē assumpta. prima i duas primo enumerat signa secūdo poit illorū uniuersitatē siue sufficientiā uel utilitatem Secūda ibi Et ex istis quidē significatiōibus.p⁹ in duas Primo poit signa que sunt sumpta ex ca pite siue ex cerebro ul' ex ortis.secundo poit signa sumpta ex menbris comunicantibus Secūda ibi Et ex dispositione Prima in.vi.ut sex sunt signa cognitionum secundū Ga.in tegni Secūda ibi Ex opōnibus Tertia ibi Et operationē Quarta ibi Et ex qualitate Quinta ibi Et ex hoc Sexta ibi Et ex magnitudine De pria pꝫ in littera. ¶ Est sciendum primo circa rubricā ꝙ licet signum & significatio drant apud Ga.in tertio pnosticoꝝ cōmto.xli. tñ hic pro eodē sumūtur. ¶ Secūdo ē sciendum.d.t.quare de spēbus egritudinū fecit generale capitulum & etiā de signis non autem fecit i generali capitulū d̄ cāis egritudium capis Dicendū quod causa ē secūdū Mondinū & bñ quia fen secunda primi libri determinauit in ge nerali de causis morborum que hic in generali poterunt applicari Sed tu diceres etiā i generali determinauit de signis egritudinū.Dicēdū quod illa signa nō erant stati applicabilia ad egritudi nes cerbri sine sermone minus generali qui fit in hoc ca°.cause tamē poterāt applicari & apparet ei qui intelligit.secūdo possemus dicere ꝙ Auic. in capitulo supiori enumerādo spēs egritudinū capitis in generali dedit intelligere etiā cās in ge nerali & maxime cōiunctas & antecedētes cum enumerauit materias euaporosas & humorales & hoc apparet ex Auic.in rubrica superioris ca

pituli cū dixit Sermo uniuersalis de egritudinibus capis & hoc quātum ad genera & spēs egritudinū. & facietes egritudines in ipo & hoc q̄cū ad cās. ¶ Tertio est sciēdum quod diuersimode hic & supra Auic. loquitur in rubrica Supra .n. dixit de egritudinibus capis hic uero dicit dispositiones cerebri & hoc ideo quia signa que ponet nō sunt solū ad cognoscēdum spēs egritudinum imo etiaʒ sanitatem cerebri ut infra apparebit ¶ Quarto ē sciēdum circa textū quod ista signa que hic ponūtur sunt principia quia sunt radices oiuʒ signoꝝ infra explicatoꝝ & ꝑpaginatorū per diuisionem hoꝝ principioꝝ ¶ Quinto ē sciēdū quod operationes sensibiles hic sumūtur pro operationibus sensuū quinque exterioꝝ que cōtra distinguūť operationibus moralibus & motiuis

EX OPERATIONIBVS. hic ponit secūdū signū egritudinū sumptuʒ ex opōnibus & patet ¶ Est dubium hic secūdum Albertū quo Auic. uirtutē memoratiuam & cogitatiuā &c̄. uocat morales Nā uidetur incōueniens quia uirtutes morales sunt cōpate uirtuti uitali sicut ira furor timor &c̄. ut sumitur a Iohanitio in suo libello & ab halyabate in quarto theorice Respondēdū primo quod littera est corupta Vult .n. dicere ex opōnibus principalibus n̄ ī cogitatōes cerebri q̄ dā sunt eius solius ut cogitatio memoria &c̄. & iste uocantur principales a Ga. in tegni & de hiis uult loqui Auic. quedā sunt que fiunt ab extrinseco organo mediate ut operationes quinq; sensuū & de hiis dixit i particula precedenti Vult ergo hec littera dicere Ex operationibus pricipalibus Secūdo respōdēduʒ alio modo ut .s. q̄d littera sit diminuta & debet sic stare Ex operationibus moralibus sicut timore audatia ira & similibus & ex operationibus principalibus sicut opō memoratiua cogitatiua & huiusmodi Tertio respōdēdū saluādo litterā quod aliqua pōt dici moralis dupliciter uno mō quod fiat immediate a uirtute morali .s. & uitali & hoc mō memoria non ē uirtus moralis. alio mō ꝙ fiat a uirtute que uirtuti morali imperat & hoc modo est memoria uirtus moralis q̄a fit ab aiali que imperat uitali & hec est mēs Iohanicii & halyabatis .hic non distinguit inter uirtutes morales & passiones siue aie accidētia. & turpe est litterā corumpere Dico ergo quarto aliter quod uirtutes iste abintrinseco aprehēdētes dicūtur morales nā uirtutes morales & licet sint perfectiones intellectus tñ sunt perfectiones extimatiue siue cogitatiue iquātū cōtigit ibi per extimatiuā seruire intellectui i acquisitione & exercicio actus uirtutis imo quidā hoies incedūt cū hac uirtute paꝝ utētes intellectu ut suitur ab Auic. pª primi in caº. de uirtute aiali & hūc habitū uirtutū moraliū stātē in uirtute sensitiua maxime cōsiderat medicus quia pōt attingere cū suis medicinis .s. retificādo cōplexionē. & quia actus cogitatiue & extimatiue maxime uersatur circa res ymagiatas & memoratas. Et ex hoꝝ collotione hoies dāt iudicia quibꝰ coiter cōuersantur. ideo Auic. & bene has uirtutes uocauit morales quas Ga. uocat principales. ¶ 2º est sciēdū quod Auic. hic tāgit oēs uirtutes intresecas .s. sensitiuas & itellectiuas. Pº tāgit sensitiuas iteriorēs .s. mēoratiuā cū dic̄ mēoratia. Cogitatiuā 1ª extiatiuā cū dic̄ cogitione 1ª cogitacione. fantasiā que quādoq; uocatur ymaginatiua & quādoq; formalis cū dicit. Et formatōe Et ex hoc dat sensum cōeʒ itelligere Secūdo tāgit intellectiuā cuius operatio est simpliciū aphēsio cū dicit Et uirtute mētis & intellectus & cuius operatio est cōpositio & diuisio cū dicit. Et perscrutatōe q̄uis .n. medicus uirtutē intellectiuā principaliter nō cōsideret tñ inquātū eius operatio pōt bonificari & mala fieri dispositione sensuū intātū cōsiderat de ea. Si aūt uolumus dicere quod oēs isti sermones referātur ad uirtutes sensitiuas. Dicēdū quod p hoc quod dicit cogitione intelligit ymagiatiuā & formatōe .i. fantasiā & uirtutē mētis et pscrutatōeʒ .i. extimatiuam quā alias posui duplicē .s. aphēsiuā intēcionū & iō dixit uirtute mētis & collatiuā & ideo dixit pscrutatione. ¶ 3º est sciēdū p hoc quod dicit Et operatiōibus mobilibus quod uirtus mouēs uolūtarie est duplex .s. impans ut extimatiua & de hac nō est sermo. alia est exequēs que est in lacertis & d̄ hac ē sermo & ideo dixit mediātibus lacertis

EX QVALITATE hic notificat signū cognitiōis sumptū ex qualitate in supfluitatibus & pȝ ¶ Et est sciēdū quod ex quinq; docet significare p supfluitates. primo ex substācia .s. si sit grosse uel subtilis. &c̄. secūdo ex colore. tertio ex sapore quarto ex quātitate. quinto ex exitu ut an phibeantur uel fluant. de odore nō dixit quia ad saporē reducitꝰ. & multe supfluitates cerebri cadūt p palatū d̄ quaꝝ sapore iudicat infirmus & idō sapor cadit in signis supfluitatū cerebri. nō aūt ē honestum quod cadat in signis urine immo abicitur ab Auicena primo canonis fen secunda. ¶ Secundo est sciēdum quod hoc signum est ex uirtute & uicio uirtutū naturaliū q̄rū opones maxie in exūtibus apparent.

ET EX HOC. Hic ponit quītū signū ex iuuātibus & nocentibus et patet. Est sciendum primo quod expressit aeres & cibos q̄a plus nobis occurrunt Secūdo est sciendū quia dixit diuersificātur quātū ad nocumentū ocultū & nocent quātū ad sensibile.

ET EX MAGNITVDINE. Hic ponit sextū genus signorum quod suitur ex dispōne capitis

Et pri° põit signa sumpta ex dispõne eius solius. Secũdo ex dispositione inatorũ uel annexorum. Secũda ibi. Et dispositiõe coloris oculorũ. ¶ Ad euidentiã prime ptis ẽ sciendũ quod septẽ signa ponit ex dispositione solius capitis. Primũ ex quã titate. secundũ ex figura. tertium est ex grauita te & leuitate. quartum ex tactu. quintum est ex colore ipsius uel uenarũ. sextum est ex ulceribus. Septimum ex apẽtibus.

ET EX DISPOSITIONE. Hic ponit signa sumpta ex dispõe inatorũ uel ãnexorũ siue circũ stãciũ & sunt q̃tuor iste ptes. s. oculi capili colũ & uua. Quatuor g° fac. Secũda ibi. Et ex dispõe capillorũ. Tertia ibi ¶ Et ex dispõe colli. Quarta ibi Et ex dispositione uue. De pria patet. ¶ Est dubium quia hic fit sermo đ signis sumptis ab oculis cũ i prio gẽre signorũ sint poita signa sum pta a uirtutibus sensibilibus. s. uisũ auditu &c. Dicẽdum ꝙ oculus põt sumi dupliciter, uno mõ secundũ quod organũ uirtutis uisiue que potest aufferi corũpi uel diminui & ut sic cadit in p° genere signorum Alio modo potest considerari oculus secũdũ quod ẽ quodã mẽbroꝝ ppagina tũ a cerebro potens diuersimode colorari ex hu moribus inde fluẽtibus potẽs habere uariã dis positõem uẽarũ et egritudies obtalmie ãt ulcerũ & similia aut sanitatẽ secũdũ priuationẽ hoꝝ et ut sic cadit in hoc genere signorũ Et iõ dixit ppe. ut referatur ad quodlibet signũ. s. coloris &c. ꝑ dixit ppe pp tactũ i cuius iudiciũ ẽ certũ i calido uel in frigido ut appꝫ secũdo đ complexiõibus ex quo apparet quod licet đ oculo expressit itelligit tñ de lingua & aliis sensibus. sed quia oculi erãt maifestiores & pncipaliora orta ut declaratũ ẽ a me fen tertia huius libri Ideo plus dixit đ ocu lis. ¶ Secũdo ẽ dubitatio q̃re hic dixit đ sompno & uigilia. Dicendũ ꝙ cã ẽ quia sermo ãnexus uel qa multũ sua dispõ i oculis representat. uel dicẽ dũ ꝙ sic posuit signa ex dispõe organoꝝ sensitiuo rũ ut oculorũ ita posuit signa ex dispositione or ganorũ motiuorũ. s. ex sompno & uigilia. licet. n. sint dispositiones sensus & motus tamẽ multum maifestatur uigilia in motu & sompnus in qete unde sompnus quieti similis existit. Et iõ Auic. ifra signa sumpta ex sompno et uigilia reducit ad capitulũ đ signis sumptis ex opationibꝰ motiuis

ET EX DISPOSITIONE. ¶ Hic ponit sigª ex dispositiõe capillorũ & põit quiq̃ spẽs signo rum a capilis. Primum ex quãtitate Secunduꝫ ex substancia. Tertiũ ex q̃litate Quartũ ex uelocita te susceptionis caluiciei &c. quintũ ex remanẽtia in sanitate aut remotione per sisionem casum uel depillationẽ. s. totalẽ & reliquis ut tinea et furfu ribus q huic anectuntur.

EX DISPOSITIONE. hic ponit signa sum pta ex dispõe colli & patet. ¶ Est sciẽdũ ꝙ collũ põt esse grossum uł subtile uel sanũ inter illa s. ꝑi ter põt eẽ multũ. i. longũ & paruũ. i. breue & sa nũ inter illa. Et iõ Auic. bis dixit ex sanitate.

ET EX DISPOSITIONE. Hic ponit signa sumpta ex dispõe uue & patet. ¶ Est sciẽdũ qđ h° dꝫ refferi ad stati dicta ut pꝫ ex mẽte Auic. infra primo ca°. Significatio autẽ colli. & dicatᷣ Et similiter su. significamus dispões cerebri ex dispõne uue. Similiter dico sicut ex collo p multi tudinẽ caũs egritudinum in ipis uel paucitatem ¶ Sed circa oĩa pdicta ẽ hic sciẽdũ quod signa p missa sunt sex i genere quoꝝ sufficiẽtia põt habe ri sic. Ista signa ꝑ sumũtur ab occurẽtibus extra & sic est quintũ genus. uel ab operationibus & tunc uel sensibilibus & sic est primuꝫ genus uel moralibus & sic est secũdũ uel motiuis & sic est terciũ uel naturalibus & sic est quartũ uel in gẽ re summũtur ex dispõe capitis & sic est. vi. ge nus quod subdiuitur quia uel totius & sunt. vii uel ãnexoꝝ circũstãciũ & sunt i summa quatuor uel. v. possent fieri plura. Et aliter põt dici qđ ista sumunturur uel a substancialiter inherẽti bus uel ab effectibus uel a casibus & patet secũ dum quod plusquãcommentator ponit in tegni.

EX DISPOSITIONE. Hic ponit signa sum pta ex mẽbris coicãtibus Et p° ostẽdit ex quo il la signa summũtur & ex quibus mẽbris secũdo ostẽdit diuersitatẽ que cadit i iuestigatione egri tudinũ per signa sumpta ex mẽbris coicãtibus secũda ibi Significatio aũt De prima patet. Est sciendum quod Auic. enumerat menbra comuicã tia cerebro neruosa ut matrix &c. Est tñ sciẽdũ quod matrix non est sic neruosa ut stomacus tñ habet multã similitudinem in sua substãtia cum neruis ut patet infra fen. xxi. si aũt esset uehe mẽtius cerebro coicaret ut ibidẽ Auic. Secundo Auic. enumerat ex quo illa signa sumũtur qa ex uirtutibus & opõnibus qa ex his male uel bñ habẽtibus significamus ex uirtutibus quãtum ad bonitatẽ dispositionis actuũ ex opationibus quãtum ad nocumẽta operationum.

SIGNIFICATIO. Hic ostendit diuersitatẽ q̃ cadit in hoc. Est sciẽdũ ꝙ littera põt expõi dupli citer. primo in signis p coicatẽ duo consideramus s. dispositõnẽ mẽbri cui fit coicatõ ut cerebri con siderãdo i hac ɔtrarietate illud ꝙ cerebro accidit iq̃tũ sibi accidit Et h° ẽ ꝙ dic unus eoꝝ ex dispo sitõe mẽbri coicãtis cerebro & ex hac coicatõe cõ sideramus dispositões cerbri secũdũ ꝙ dicit &c. Aliud ꝙ cõsideramus ẽ dispõ mẽbri coicãtis in uestigãdo quod sit & que sit passio & qũo per ueit a cerebro. i. ad cerebrũ nocumẽtũ ut hẽt lit tera exterior uel a cerebro. s. coligantia uue iq̃ntũ illđ mẽbrũ cerebro coicat & hic duo ɔsideramꝰ & ẽt in oĩ cõpassione. s. qua patitur cerebrũ & que est dispositio mẽbri cui cõpatitur. Alio mõ

pōt littera expōi.pp quod ē sciēdū quod duplex
est cōpassio uel coicatio unomō, quia cerebru coi
cat suā dispositionē mēbro & mēbrū dispoitur
dispositōe cerebri secūdū quod cerebro accidit
& hoc est quod dicit ex dispōe mēbri cōicātis ce
rebro in eo.i.in ea dispōe que accidit cerebro secū
dum quod &c̄.quia primo accidit cerebro.Alio
modo coicatio accidit a menbro ad cerebrum
& cōsideramus tūc dispōez mēbri ut stomacus
uesice &c̄.Et hoc ē quod dicit.Et secūdus ē &c̄.
Et qūo prouenit a cerebro.i.ad cerebrū uel a ce
rebro illud mēbrū unde suā dispōez cerebro co
municat.& hec expō uidetur ire ad mētē Auic.
infra secūdū duo capitula que facit đ hoc.

ET EX ISTIS.Hic poit sufficiētiā hoꝝ signo
rū uł uniuersalitātē & dicit quod significāt &c̄.
quasi dicat sunt signa demōstratiua & ꝓnosti
ca.Est sciēdū quod secūdū rasim tristicia ē quan
do qs cogitat cū dolore de re amissa ut dicit Ra
sis.xvii.cōtinētis de febre effimera ex tristicia
Hic tn̄ sumitur tristicia large pro oī accn̄ti aie in
quo cōuenit intus reuocari calidū ut quasi ēt ti
mor sit qdā tristicia dicit post horribilitas.i.pu
silaminitas.homo.n.pusilanimus oia horret.ista
aūt significāt melācoliā ut patet p ypocratē i.vi.
particula amphōꝝ illo amphō.si timor & pu
silaminitas multū tēpus hn̄t mellancolicū pficiūt
Sed diceres tu que signa sunt ista de p̄missis Di
cēduz quod sunt signa sumpta a uirtutibus mo
ralibus.operatiōe enim extimatiue accidit timor
et tristitia & pusilaminitas ita ēt est de illis sigis
inquantū ibi ꝯcurrit extimatio de paruipensiōe
Diceret.n.aliquis qūo ista significant dispōnē pn̄
tem uel futurā Dicēdum quod cum ista accidē
tia sint intēsā hō est actu melācolicus cum aūt
nō sunt intēsa & cōtinuātur pronosticantur me
łiam.Almutil & altu sunt spēs mełie de quibus
infra dicetur

EST DUBITATIO utrū ex ira que nō habet
ostēsionē.i.cāz euidētem significetur epilēsia. ui
detur quod nō quia quod sigificat inflamatōez
caloris nō significat epilēsiam quia epylensia est
potius infrigidatio.fit.n.a materia frigida ut pa
tet in comento illius amphorismi secūde particu
le Epilēticoꝝ iuuenibus sed ira significat infla
matōez cū sit feruor caloris uel sanguinis ut po
nit Ga.in p̄mo de differentiis febriū et in secūdo
de regimine sanitatis ergo &c̄.¶ In cōtrariū ē
Auic.dicēdū dupliciter & primo quod loquitur
de epylensia colerica.potest.n.a colera fieri ut pa
tet infra capitulo de epylēsia Vel dicēdū qđ Ira
accepitur dupliciter unomodo materialiter pro
feruore caloris circa cor & hoc mō sumitur hic
quātū ad hoc quod dicitur quod significat epilē
siam licet possit summi inquantum dicit quod si
gificat maniā.Alio mō sumitur ira magis forma
liter pro apetitu uidicte ex paruipensione & hec
ira est duplex una que habet intentionem.i.uerā
cāz quia hō uere est pꝛipēsus & de hac nō ē hic
sermo.Alia est que nō habet intēcionē et de hac
est hic sermo.est.n.talis ira quidā appetitus offē
sionis ex qualibet re occurēte et quasi quelibet
res inspecta uel ymaginata sibi fac̄ indignatōez et
ista ira significat epylēsiā uel malācoliā uel ma
niā quia ista ira sigificat uehemētē debilitatē in
cerebro ut quelibet cā imprimat.Ex hac aūt de
bilitate dispoitur recept oī materiaꝝ flematicaꝝ
uel malācolicarū unde parare fit epilēticus uel
apopleticus ł ēt melācolicus.Sz.t.d.ita pōt susci
pere sanguinē et cołam.dico quod uerū ē.Vel
aliter quod cū tāta debilitate cerebri uel tāta ui
litate ai ut quelibet res sit hōi tediosa nō cōiūgi
tur dn̄ium sanguinis uel cołe.Ista.n.faciunt au
datiā et cōfidēciā¶ Cōsiderādum ēt quod ira
debilitādo cerebrū et eliquādo humores flāticos
mouet poxisimū epilēticuz in hominibus cōsuetis
habere epylensiā et iō poitur in caīs mouētibus
ipaz infra ¶ z°.ē dubitatio dū dicit ex risu.utꝝ
ex risu possumus significare egritudiez in corpo
re & utrū cōgelatōem uel amētiā uel melliam
Et uidetur quod n̄ sigificet egritudinē qa illđ ꝙ
est siguū leticie nō significat egritudinē sed risus
ē huiusmodi & cetera.Maior patet quia est qd
tristabile ipsā egritudo imo sunt qdā egritudies
quibus melius eēt mori q̄ cum eis uitam ducere
ut poit Ga.in quinto đ regimine sanitatis Minor
patet ad sensum & ē ysaach primo ełoꝝ.Secūdo
arguitur ꝙ nō significet cōgelatōem uel amētiā
quia illud quod significat dominium sanguinis
non significat congelationem uel amentiam sed
risus est huiusmodi g° &c̄.Maior patet quia
congelatio fit a frigido & sicco ut patet in co
mēto illius amphorisimi secūde pticule.Sūpnus
& uigilia.& amēcia etiā fit a frigido cū sit nocu
mētū extimatiue uel alterius uirtutis intrinsece
ꝙ nocumētū ē ablatio ł dimi°.Ista aūt fiūt a fri
gido ut patet in sequēti capitulo Sāguis āt ē cali
dus & humidus.Minor est nota in capitulo de
permixtōe sensus & orobaxius cū haly cōmenta
tore super illo amphorismo sexte particule¶ De
sipiētia cū risu.¶ Tertio arguitur quod non si
gnificet melācoliā quia si oībus melācolicis coicat
tristicia g° risus nō pōt alicui ieē cū risus sit gau
diū uel cū gaudio Sed oībus małicis coicat tri
sticia ut poit Ga.in.tertio de interioribus ca.vii.
et pōt sumi ab Auic.infra in ca.de mełia.¶ In con
trariū est Auic.hic & probatur ratione & pri°
quod possit significare egritudinē.Illud quod
pōt cōiūgi hōi stati iuia mortis & prope mortē
pōt significare egritudinē.s.illi que occidit.sed
risus ē huiusmodi g° &c̄.Maior patet qa si hō
sanus nō consueuit ridere & mō prope mortē

ridet uideẽ ꝙ riſus ſit accñs illius egritudinis.
accñs uero ē ſignum Minor ē nota quia hō pōt
mori ridēdo ut ſuitur ex libro quodā đ flobotho
mia antique tranſlatōnis que īponitur Ga.ubi
ponit quod ſi quedā uene flobothomentur moriẽ
hō cum riſu Itē dragma auri & croci interficiūt
letificando ut poit Auic.in ſecūdo cañ.ca.đ croco
Secūdo ꝓbaẽ ꝙ poſſit eē sigᵐ meľie ľ amēcie qa
ſi riſus pōt coniūgi ei ut accñs gᵒ poteſt eē ſignū
ſed ita eſt ut patet in illo amphō. deſipiētie cum
riſu Itē ſi ſpecies meľie ſunt īdeteriate & quaſi
infinite & eaꝝ eē ī uarietatibus ymaginationum
ſunt incogite gᵒ riſus pōt cōiūgi alicui meľie ut
ſuū accidens & illā ſignificare.ſed ita ē gᵒ &c̃.
Maior patet quia ſi ſpēs īdeterīnate & ignote
ſunt ñ poteris mihi diceẽ plus q̃re hic meľicus
determinat ſe ad ymaginādū ſe eē aſinū & aliꝰ
ſe eē regē quā quare iſte non poſſit ſe determiaẽ
ad ridēdū ut quaſi continuo rideat ymaginans
¶VOMITVS VERO. Hic ponit cañ. ¶ Est dubitatio utꝝ uomitus cõferat ĩ egritudinibus materialibus capitis q̃uis materia non sit a sto maco imo sit cerebralis. uidetur quod sic aucto ritate Alexandri qui in capᵒ de cura epilensie ce rebralis dicit. Post capitis purgationez expedit uomitibus exagitari corpus. zᵒ id quod euacu at materiã a capite cõfert. uomitus est huiusmo di ut põit Hali.i tegni tractatu. 3ᵒ cõmto. xviiiª. & sumitur ab Auic. ĩ primo libro fen. iiiiª. in caᵒ 3ᵒ. tertio sic in ulceribus renũ cõmendatur uomi tus ut patz ĩ fen. xviiiᵒ. ergo multomagis ĩ pas sionibus materialibꝰ capitis. quarto sic yere ma gne cõcedũtur ĩ mẽbris apostematis fixi capitis sed ille habẽt in se medicinas uomitiuas ut elle boꝝ & colloqntidaz & similia. quinto sic Auic. supra uolẽs euacuare materiã a capite cum cõi tate corporis concedebat uomitũ. ¶ In cõtrari um est Auic. dicendũ quod uomitus est duplex qdam leuis qui non fit cũ medicina attractiua sz cum aqua calida uel aqua & oleo uel cũ aliqua medicina euacuãte p uiam incisionis uel abster sionis sicut cũ aqua raffani & similibꝰ & hic uo mitus nõ iuuat in egritudinibus cerebri. s. qđ ma teria ei apropriata Rõ est quia inducit ibi agi tationẽ & non põt illã euacuare sed si materia capitis sit pper cõitatem materiei in stomaco existentis tũc uomitus est cõferens uel quia pp ter conueniẽtiam quãdam illã euacuat uel quia auffert sibi mineraz sue reflexionis & de hoc uo mitu uidetur esse sermo ipsius Auic. Alius ẽ uo mitus difficilis & uoco illũ qui fit a farmaco so lutiuo cuius pprietas est atrahere materias ad stomacũ & os eius debilitare & inducere in eo agitationez sicut est uomitus p elleboꝝ & lapi dem lazuli uel armenum non pparatos & simi lia & talis uomitus põt conferre quia euacuat materias capitis a pprietate trahẽdo illas. Dico tñ quod si talis euacuatio põt p fluxũ uentris fi eri absolute est melius & rõ est triplex. prima est quia euacuatio est materie conformior. secun do quia non sic agitatur cerebꝝ in euacuatione p fluxum uentris sicut p uomitũ. tertio quia lõ ginquius materia mouetur sz euacuata p uomi cum inducit timorem ne remanẽdo in stomaco uel debilitãdo stomacũ cerebꝝ cõpatiat̃. Ex q bus apparet quare Auic. dixit melior modoruz expulsionis eius ẽ uomitus quia licz uomitus cõ ferat in egritudinibus cerebri cuius materia sur git a stomaco tñ si materia illa posset p fluxum uentris educi inde esset melior modus expulsio nis eius & tunc cõueniẽtius est quod pp fluxuz uentris educatur & si materia esset ad uomitũ aptior tunc fiat uomitus non ergo Auic. p̃cipit uomitũ absolute ĩ egritudinibus capitis factis p cõitatẽ materiei in stomaco. sed precipit cũ hac cõditione si est melior modus expulsionis p uo mitum. cognosces aũt quod est melior modus ex pulsionis p uomitũ ex natura materie quia cali da subtilis. ex motu quia sursum tendit & quia habet os amaricatũ & morsuz cordis secunduz amphorismum quarte pticule. non febricitanti bus in supficie &c. Et ex dispositõe mẽbroꝝ phi bentium uoitum & ex dispõnibus mẽbroꝝ phi bẽtiũ fluxũ qa sit aptus dissolui hñs nouaz uel antiquã dispõnez ĩ ĩtestinis & ex aliis multis q̃ narrare essz ualde plixũ ¶ Ad cõtraria dicẽdũ pᵒ. Ad alexandruz quod ista est cautella de sto maco ne cõseruet uel illã augeat epilẽsiam quã uis sit epilẽsia cerebralis. Ad secundũ dico quod

licet euacuet a toto et capite et in hoc plus confert tñ confert illa que est p fluxũ uentris. Ad terciũ dico ꝙ uomit⁹ diuertit materias a ptib⁹renũ ut ibidẽ Auic.inuit nõ sic aũt diuertit a cerebro sed magis diuertit fluxus uẽtris. Ad q̃rtũ dico ꝙ ye re magne nõ sunt necesario uomitiue q̃uis medi cine uomitiue i eis ponanẽ cõsolantur tñ cũ aliis medicinis et si uomitũ aliquando prouocãt non sunt ita utiles sicut si soluũt i pasionibus cerebra libus. tamẽ quia utplurimũ passiones cerebrales associantur sibi in defectũ stomaci quando plun gantur iõ in yeris magnis et pillulis soluẽtibus et ꝓuocãtibus uomitũ repiunt manifestã utilita tẽ. Ad aliud dicẽdũ similiter qđ si p illũ uomi tũ uoluit illũ qui euacuat a ꝓpetate legatur tũc littera coniuncti sicut copula. Et ostendit quod oximel solũ nõ facit illud nec semẽ raffani sed si mul cum pulpa colloqntide tunc eni est potens a toto et a capite a ꝓprietate euacuare materiã tñ nõ magis laudat eũ q̃ fluxũ uentris ymo fluxũ uẽtris hẽdũ ꝓmissit. Cõsiderãdũ etiã ꝙ hic cañ. nõ est hic positus cõtingẽter sed ex certa sciã nã ad apostema capitis calida ꝓpter cõpassionem stomaci multũ consueuit cõseq uomitus et quia forsan aliqs de h⁰ cõtentaret et ꝓmitteret uomi tum ꝓcedere uult Auic.declarare quod si mate ria illa ẽ a stomaco uel hẽt materiã coasociatam i stomaco ꝓmittatur uomitus quod si nõ tunc in ipo non est utilitas.

¶ INQVIT GA. Hic uult Auic. Ga.declarare quodã dictũ.s.quod licet ꝓ uehementiã doloris sit necessariũ q̃nq uti narcoticis nõ tñ sic frequẽ ter accidit sicut i collica & dicit iquit Ga.s.i.xii. terapẽtice. Ibi eni docẽdo subuenire sincopi ex do lore maxie in collica loquiẽ expresse tñ hoc põit in libro.io.tractatuũ li⁰.ii⁰. ¶ Est sciendũ quod licet uterq dolor multũ posset intẽdi plus tñ in tenditur dolor collicus q̃ soda secundũ plurimũ & rõ est triplex. Et pria ẽ quia magis pue mate rie possunt aggregari i intestinis q̃ i cerebro. se cundo qa pluris quãtitatis materie ẽt aggregan tur. tertio quia pelicule cerebri nõ sunt sic grosse ut intestina & ut sic nõ aggregãt in se tantã ma teriam ex qbus cõrigit fieri frequẽtius ad colicã prauam q̃ sodam prauã necessitatem ad usum narcoticorum.

¶ QVOD SI MATERIA. ¶ Hic ponit curaȝ ꝑ quãdam euacuationem q̃tum ad medicinas que assumuntur.

¶ EST DVBITATIO. ¶ Quia dicit quod si ma teria nõ sit multũ acuta debet dari aqua fructu um stipticoꝝ ꝑdictoꝝ.s.mirabol⁹ tamarindoruȝ & similiũ. Sed cõtra ista cõceduntur in materia colerica subtili qa illã euacuãt ut supra dictũ est sed colera subtilis ẽ multũ acuta. Quidã credũt quod hic sit littera corrupta & quod uelit esse affirmatiua sic. quod si materia fuerit uehemen tis acuitatis. aliter iam dixi quod si materia ẽ ca lida & ẽ cerebralis.i.nõ surgẽs a stomaco nocẽt fructus stiptici.i. pira & similia qa calore forti cõicato stomaco corrumpunẽ & ebuliũt & eua porãt nihil eni ẽ ita uaporosuȝ ut fructus ut pȝ in fen.xiii^a.in cap⁰ de egritudinibus stomaci. Di co tñ aliter quod Auic.itelligit per materiaȝ ue hemẽtis acuitatis materiã furiosaȝ & uult qđ si materia nõ sit furiosa sufficit ꝑ euacuatiuo aqua fructuũ stipticoꝝ predictoꝝ.i.aqua mirabolão ruȝ citrinoꝝ.s.simul cũ prunis casia & similibus ut supra posuit Auic.in li⁰ quinto. Sed.t.d.cõtra quia in fen.xiii^a.in cap⁰ de curis apostẽatum ca lidoꝝ stomaci secundũ meã expositionẽ Auic. in materia furiosa cõcedit mirabolanos. dico quod forsaȝ ẽt cũ illis oportet esse scamoneã. uel dicen dum quod expressio uel decotio mirabolanorũ citrinoꝝ nõ esset potẽs sine auxilio scamonee edu cere coleram a cerebro potẽter sed a stomaco sic quia iuuat statim.

¶ DEINDE VTARIS. Hic ponit curationem competentem in augmento statu & declinatio ne & patet.

¶ EST DVBITATIO. quare uideẽ absurdũ quod materia apostematis cerebri matureẽ & sanetur. Dicendum quod hec ps põt dupliciter exponi. Nam primo si deinde dicit ordinẽ ad il lud quod statim dixit. Et uult quod postq̃ tu dedisti aliquam medicinam solutiuam ad mino randum materiam colericam utaris tunc necessa riis maturatiuis & in hoc Auic. innuit medici nas locales principii & augmẽti status & decli nationis ut in principio utaris maturatiuis me moratis.i.utaris medicis frigidis repercusiuis ut oleo rosato uiolato foliis salicũ & huiusmodi Etiã supra ponebãtur maturatiua materieruȝ calidaꝝ que ẽt habẽt uiȝ aggregatiuã substãn tie earũ. Reasumpsit uero hic Auic.istũ cañ qa supra dixerat absolute icipias cum eo quod re pellit. hic aũt dicit quod talis repcussio est faciẽ da in materia colerica post euacuationem quia euacuatione facta utaris maturatiuis.i. repcusi uis. dicit postea.s.i augmẽto administrabit &c̃ Alio modo põt exponi quod si deinde dicat or dinẽ ad curã principii quod premissit ut dicaẽ quod postq̃ fuisti usus repcussiuis in principio secũdũ quod diximus utaris maturatiuis.s. de bilibus resolutiuis mixtis cũ repcussiuis predi ctis. Ad cuius intellectum cõsidera quod Auic. inuit hic curã huius apostematis quãtũ ad pri cipiũ. augmẽti & q̃tum ad ꝓcessum augmenti uersus statum & quantum ad ipsum statum & quãtuȝ ad declinationẽ. Primo dico quod po nit curã quãtum ad principiũ augmẽti cuȝ ma turatiuis.i.debilibus resolutiuis que sunt aliq^a

molificātia & hec sint mixta cum stipticis & frigidis repcusiuis predictis sicut uerbigratia misce\re paꝝ camomille cū repcussiuis p̄dictis. uocat aūt ista maturatiua quia sicut alias dixi i sermonibus de obtalmia ista debilia resolutia habent hanc bonitatē quod si resoluūt materiā eaꝫ resoluūt & si non ipsā prepant & equāt ita qđ tu poteris sequi aut cum generantibus sanieꝫ in mēbris exterioribus aut cum resolutiuis fortioribus ubi non uis sanieꝫ generari & iō Auic. uocat ea maturatiua non q̄dem materiā saniatam sed preparatā & cū dicit. Memoratis intellige maxime in 2° libro in capitulis ppriis. 2° dico ꝙ 2° ponit curā hoꝝ apostematū quātum ad processum augmēti uersus statuꝫ & uult quod addas paꝝ plus in resolutiōe & exicatione ponendo ordeū & radicē mirti in quibus aliqua resolutio est & exicatio. Et oleū camomille recēs qa antiquū non ē utile ut ponit Serapio in primo pratice in ca°. vii°. solum &c̄. Et i summa Auic. nō uult aliud nisi quod sicut p̄cedit augmentuꝫ ita p̄cedat usus resoluentiū cū repcusiuis & hec tria cōsiderando. primo accuitatem egritudinis quia si ē acuta feruida oꝫ resolutiua esse ualde refracta cū frigidis. 2° substātiaꝫ materiei quia q̄to ē subtilior tāto leuiora resolutiua sufficiūt Et p̄pinquitatē status quia q̄to remotior tāto resolutiua debiliora & quāto p̄pinquior tanto fortiora & hoc dixit quia materia possꝫ esse tā paꝝ acuta & resolutioni apta quod ñ dubitaremus in fine augmenti ponere oleū camomille solum & sine alio resolutiuo tñ mixtū cuꝫ aliquo frigido. ¶ Tertio ponit curā q̄tum ad statum & dicit post ipsuꝫ. s. augumentū ul' post ipm. s. oleum quo utebaris in augumēto ex aquis. s. administrabis medicamē ex aquis & oia ista sunt fortia resolutiua. Sed. d. d. debeo ne eis uti puris Dicendū quod si adhuc timor est đ aliquo cursu misceas ea cum aliq̄bus stipticis repcusiuis donec ueniat ad statū. i. ad finē status. ¶ Quarto inuit curā quātum ad declinationem cū dicit tunc. s. cū puenerit status & hoc i fine eius & declinatione & resoluatur. s. materia quia utaris resolutiuis fortioribus & puris. Confūdit autem Auic. hic hanc curā & uult quod scias eā ex cañ uniuersalibus primi libri in fen quarta & quarti libri in ca° de cura flegmonis & erisipile. Alachoen alba est matricaria secundum Simonem littera exterior est herba similis cotulle sed est nō solū res facta ex aquis sed ēt ex ēplastris.

¶ EVACVANTIA AVTEM. Hic ponit cañ in euacuatiōe dicit quod euacuātia necessario p̄cedant in eis. s. habentib⁹ apostemata calida que euacuationes debēt esse secundū materiaꝫ quia si materia ē sanguinea uel mixta sāguini fiat flobothomia & si sint alii humores fiat euacuatio cū farmacia. Et cōsidera ꝙ dixit ātecedat q̄a āte usum repcussiuoꝝ & resolutioꝝ oꝫ euacuare. ET ADMINISTRETVR. Hic est cañ i cibis. unde dicit medicine leues humide. cibi medicinales ut lactuca uel portulaca uel cucurbita ptisana ordei & similia uel medicine leues. i. moles humide actu & potētia que cibis miscentur ut mucilago citonioꝝ & oleū uiolatū. Ista tñ ñ cōsueuimus opari. Dixit colerica proprie quia si essꝫ sanguinea nō idigerem⁹ tāta humectatōe.

¶ IN APOSTEMATIBVS VERO frigidis. Hic ponit cañ curationis apostematuꝫ frigidoꝝ cerebri. & primo ponit quando est in principio secundo quādo est in augumento. tertio quando est in fine augumenti siue i processu & quando est in statu & declinatione. secunda ibi. Et misce. 3ª ibi. Deide administra. ¶ Considerādum quod Auic. i principio hoꝝ apostematū ad duo intendit. s. ad euacuādū & ad repcutiendū. de resolutiuis uero que poit nos utimur yera pigra. s. cōi & similibus euacuatiuis ut agarico turbit & huiusmodi cū aquis radicū. s. feniculi petrosilii & huiusmodi quia diuidēdo disponūt materiam ad euacuationē Repcussiuū aūt ē oleuꝫ rosatum. s. cum pauco aceto acuto mixtum.

¶ EST DVBITATIO. Vtrū in apostematibus cerebri calidis uel frigidis possimus uti repcusiuis nō p̄cedente euacuatiōe. uidetur quod sic ex quodā textu Ga. in. xiiii°. terapētice cap° đ cura canceri ubi uult quod humor qui descendit ad aliquā pticulaꝫ debet retro pelli uel euaporari & quod in principio uel ante purgationē possum⁹ repellere sed resoluere debemus soluꝫ post purgationē. unde dicit sic secundū principiū quideꝫ & tēpore purgatiōis & ante eū expellere. euaporare uero post purgationē oꝫ. Itē euacuatio totius fit ad cessandū repletionē ꝫ possibile ē qđ corpus nō sit repletū. ¶ In cōtrariū est Auic. q supra dixerat euacuātia antecedūt. Et hic dic icipiat p° cuꝫ euacuatōe sicut i aliis. Et h° inuit cū supradixit cū curas apostēata calida oꝫ ut iapias cū eo ꝙ repellit & intelligendū prio. s. q̄tum ad medicinas locales & non intellexit priusquā corpus euacuetur. Dicendū quod secundū canones generales primi libri in fen quarta & secundū Ga. in tegni tractatu 3°. corpore existente repleto nō debemus uti repcussiuis nisi precedāt euacuationes. & rō est quia corpus pleū nō recipiet & ipsamet euacuatio trahēdo ad cōtrarium iuuat repulsionē materie. ¶ Est tñ sciendū qđ licet nō possimus uti repcussiuis. s. fortibus tñ possem⁹ uti aliquo leuiter cōfortatio & alteratiuo quousq̄ pficis tuaꝫ opationē per flobothomiā uel p clistere uel p farmaciā si expedit uel p uentosas uel fricationes uel p ligaturaꝫ sicut oleū rosatū dulce ex oliuis maturis & soluꝫ sine

aceto uel alia re in materia calida. in materia aūt frigida uel solū ēt oleū roxatū uel cū pauco croco uel cū pauco squinãto. ex istis n. mēbrū cōfortatur & rectificatur cōplexio & itex euacuationibus intēdes. ¶ Ad Ga. dicendū quod ille sermo ē satis difficilis & licet multipliciter exponi possset Est tñ dicēdū quod leui reper cusiuo et quasi cōfortatiuo ante euacuationē utemur. uel dicēdū quod littera stat aliter q̄ sit uel stabat translata. ¶ Ad ratione dicendū quod hic presupponitur quod corpus sit plenū tñ corpore non existente pleno ꝑpter uehemētiam passionis qñʒ euacuamus ut pʒ in primo cañ fen quarta capº quarto nec est uerum quod semper intentio ista in huiusmodi euacuationibus sit mundificatio corporis imo ēt tractus ad cōtraria ut Auic. supra posuit.

¶ EST TERTIO DVBITATIO. utꝝ si apostema cerebri icipit a causa primitiua ut a ꝑcussione debeamus uti repꝰ ssiuis sicut qñ fit a cã añcedente & de hoc apparebit infra i tractatu 3º. ultimo caº.

¶ EST QVARTO dubitaº. Vtruʒ in apostēatibus cerebri exstētibꝰ i prinºpossumus uti farmacia solutiua sic que exsoluēdo euacuet. uidet̄ quod nō per generaleʒ cañ. digesta medicari & nō cruda &c̄. Itē per aliū cañ generalē i prio liº fen quarta tertio capº cū humor fuerit i mēbro cōprehēsus nullo modo moueat̄ āte maturationē uel donec maturetur & essentiā hēat aptam. Sed qñ humor apostemat tūc est in uno mēbro cōprehēsus. Itē simile uidet̄ de apostēatibus cerebri & alioꝝ principaliū siue nobiliū. ſʒ in istis nō utimur farmatia a pricipio secunduʒ ypocratem in quarto regiminis acutoruʒ illo. ꝗ. Cunq̧ flegmoniʒãtia apparet ypocūdria &c̄. ergo sic erit in apostēatibus cerebri. ¶ In contrariuʒ sumitur in prio libro fen quarta i capitulo de cura apostematū ubi dicit oculoꝝ apostematū materia ē minorãda flobothomia & solutione uentris & ex ꝑcepto generali i 2ª ꝑticula aphorismo ruʒ illo amphorismo ichoãtibus morbis. si quideʒ uidetur moueri moue &c̄. Itē in apostēate lateris cōcedit ad minorandū materiã eleboruʒ ergo eadē rōne i apostēatibus cerebri. Dicendū quod in principio apostematū cerebri possumꝰ qñq̧ uti farmaco euacuãte exsoluēdo. Hoc probatur de mente Auic. qui dicit quod precedant euacuatiões secundū materiã. Itē dicit i apostēatibus frigidis incipiat̄ i euacuatiōe prio sicut in aliis & manifestū ē quod intēdit de euacuatiōe secundū materiã qa si ē sanguis uel materia mista sanguini cuʒ flobothomia. Si sit alius humor cū farmacia & Auerois in. viiº. colliget in capº đ cura apostematū hoc ꝑmittit in generali. Similiter ēt ꝑbatur rōne quia possibile ē cerebrum incipere apostemari ab alio humore a sanguie nō apto per flobothomiã educi uel diuerti. nã possibile ē quod hoc sit cū repletiōe corporis plurima ex illo humore. Itē possibile ē qa ille humor sit de genere humoris furiosi modo manifestuʒ ē quod tūc est incoandū cū euacuatiōe. sed nō cū flobothomia ergo cū farmatia & talis purgatio nō solū minorabit materiã sed diuertet qa euacuatiões cū farmatiis sunt ēt diuersiue ut ponit Ga. in quarto de igenio sanitatis penultio caº & ut ponit Auerois in septimo colliget prealegato capº. Ex quibus apparet quod secūdū plurimū talis euacuaº debʒ esse minoratiua. unđ Auic. oculoꝝ apostēatuʒ materia ē minorãda ut alegatū ē. ¶ Considerãdū tñ circa ꝑdicta ꝙ ut plurimū contingit talem minorationem & diuersionem fieri cum flobothomia rarissime uero cum farmacia que euacuet exsoluendo. ratio ē quia alii humores a sanguie debētes facere apostemationem ꝑ uiã fluxus ad cerebꝝ sunt utplurimum cum sanguie mixti et cū eo habēt fluxibilitateʒ & iō ut plurimū facimus flobothomiaʒ & diuersiões similes diuersionibus factis ꝑ flobothomiã ut cuʒ uentosis fricationibus & ligaturis.

¶ Considerandū 2º quod in usu flobothomie ē ēt maior securitas q̄ in usu farmacie ut probat Ga. in 2º. de regimine sanitatis. & supra Auic. innuebat & precipue in apostematibus interiorum membrorum est adhuc maior timor de usu farmatie quam flobothomie quia humores qui debēt educi a farmacis. pº agitantur q̄ trahãtur & iō si deficit potentia medicine quia nō sit bene mensurata eius quãtitas tūc huōres agitati disrupti fluunt ad ꝑtem apostematã & iō auctores medicine audacter ꝑcipiūt flobothomiã in apostematibus cerebri. farmaciã aūt nō sic & cū ad medicinã solutiuã descendūt plus ꝑcipiunt medicinas leues & lenificatiuas q̄ euãntes exsoluendo. Si tñ qñʒ sit necesse de ipsa materia que fluit minorare minoratiōe ꝑpria que ꝑtem eius elligēdo euacuet tūc dabimus medicinã que ex soluendo euacuet & debet esse talis qualis Auic. describit i libro quarto fen pªi caº de cura putridaꝝ & i caº de cura tertiãe ñ pure uidelʒ ꝙ paꝝ eius euacuet. s. paruʒ eius ex malo hoc aūt nō pōt facere nisi medicus ualde exptus & prudēs dignus opari ad artem nostroꝝ auctoꝝ. ¶ Ad cōtraria. Ad ypocratem dicendum quod digesta medicamur erradicando si uolumus. euacuatio aūt minoratiua nō requirit illã digestionē. ¶ Ad secundū. dicendū quod Auic. loquitur đ humore cōprehēso nos aūt loqmur de eo qui est in uia cōprehensionis. s. in fluxu uꝉ qa ē cã añce dēs. s. i aliqº alio corpore. Ad aliud dicendū ꝙ flegmoniʒãtibus ypocōdriis solutiuū uehemēs non debet dari sed leue concedit̄ qñq̧.

¶ ET MISCE. Hic ponit cañ curatiõis apostẽ matum frigidoꝝ cerebri qñ sunt in augmento. Est sciendũ quod in ista particula ponitur cura partim secundum principium nam in principio apostematum frigidorum licet utamur frigidis ad repercuciẽduꝫ illa tamẽ miscemus cũ aliqui bus calidis ut resistatur qualitati materie Et ꝑ prie procedente principio ut patet infra in capi tulo de cura littargie ubi dicit post duos dies a prinº sui admisceatur eis.s.oleo roxato & aceto castoreuꝫ. Potest etiã ista cura poni in augumẽ to in quo cõpetũt que repellunt & resoluunt & ideo &c̃. Halasce.i.ysopus ortulanus ut supra ĩ littera extra.cõpetũt ẽt que de materia minorãt sicut gargarismata si fuerit possibile quia nõ ti meatur de multitudine materie quia iaꝫ corpus ꝑeuacuasti & nõ timeẽ ẽt de pulmone ut supra dictũ ẽ.& fortasse qa times plungationem & nõ est uehemẽs febris. Castoreũ eni digerit has materias ut ponit Ga.in.xiii.terapẽtice ultio ca pitulo.unde infra in capº de litargia Auic. utiẽ eo fine scamonea solũ ad alterandũ cũ scamonea uero ad euacuandũ. Dixit aũt proprie paciẽtes litargiã qa ĩ materia melãcolica non esset tutus eius usus ad digestionẽ. Aureꝰ est põdus apud quosdã unius.ʒ.& apud alios est põdus.ʒ.iii.et qñq minus.discernere tñ hec ẽ ex extimatiõe.

¶ DEINDE ADMINISTRA. Hic ponit cu rã magis ꝑcedentẽ ĩ augumẽto statu & declina tiõe.& prio facit hoc.secũdo declarat quodã.zª ibi. Et sit administratio ¶ Est sciẽduꝫ quod li deinde põt dupliciter exponi.uno modo sic post q̃ administrasti res fortius resoluẽtes ut squilã & castoreũ administra maturatiua.i.digestiua in qbus sit molificatio.i.lenificatio & hoc ne re soluatur subtile & remãeat grossuꝫ.uel põt ex poni deinde.s.ꝑcedẽte augumẽto uersus statũ administra maturãtia.i.medicĩas digestiuas ma terieꝝ frigidaꝝ.iste autẽ habẽt uirtutẽ subtilia tiuã & resolutiuã.secundũ quod dictũ ẽ illo caº Digesta uero si materia fuerit & hoc est quod dicit. Deinde.s.ꝑcedẽte augumẽto uersus statũ & hoc est in fine augumenti. administra matu ratiua.i.medicinas digestiuas materieꝝ frigida rum ĩ qbus sit molificatio.i.resolutio & subtilia tio. Sꝫ.t.d.sufficiebat dicere maturantia dico qđ prius etiã Auic.concesserat maturatiua sꝫ quia ista aproximanẽ ꝑpe statũ debẽt esse digestia potẽtiora in resolutiõe.& ideo dicit molificatio .i.resolutio. Sed.t.d.cũ in ꝑpria locutio sit uoca re molificatiuũ resolutiuũ uel ecõuerso quia di stincte opatiões sunt quare Auic.sic nominauit. Dicendũ quod sic fecit ut resolutiuum sit molifi cans.i.porros dilatãs & materia bñ resoluatur & maxĩe coactus fuit ad hoc quia uolebat qđ ta le digestiuũ haberet paucã uirtutẽ resumptiõis .s.cõfortatiõis ꝑ stipticũ ut resolutio nõ posset nocere qa stipticũ remouet grauamẽ resolutiui Et quia adhuc indigemus aliqua repcussiõe & quia uirtus resumptiõis cõtrariaẽ uirtuti aptio nis porroꝝ ideo Auic.expressit de molificatiua uirtute ut daret intelligi quod uirtus reasump tiua nõ tollerat illã opationẽ resumptiõis uel re solutiõis & patet. Deinde post illud.s.post finẽ augumẽti & sic in statu & apud statũ qa post statũ & sic in declinatiõe administra molifican tia.i.medicinas resolutiuas ĩ qbus fit molificatio .i.porroꝝ dillataº ¶ Considerandũ cuꝫ Auic.in tendit ad curã apostematũ frigidoꝝ uolẽdo re soluere materiã cum uirtute resolutiua est usus molificãtibus & porros dilatãtibus qa uapores grossi materieꝝ frigidaꝝ maxĩe egent ut porri sint apti. ¶ Secũdo est sciendũ ꝙ littera que dicẽ apud utrasq res simul frigidas & calidas põt dupliciter exponi.uno mõ. apud utrasq &c̃.i. post usum medicinaꝝ frigidaꝝ & calidaꝝ qui bus usus fuisti utaris mõ molificatiuis. Et uult in hoc intendere quod tu usq ad statum fuisti usus primo frigidis & stipticis ad repcussionẽ deinde calidis mixtis cuꝫ aliis frigidis & stipti cis que oĩa habebãt aliquã uirtutem cõstrictiuã porroꝝ & hoc pp repcussionẽ que semp inten debatur sed in principio maior.& minor uel nõ sic pura in augumento.in statu uero remoueas uel magis remittas ista frigida & stitica & uta ris rebus apientibus porros q̃ feceris usq nunc. Alio modo põt exponi apud &c̃.i.siue materia sit calida siue frigida quia in quacũq materia ẽ utilis molificatio quando tu intendis magis ad resolutionẽ licet sit necessarior in materia gros siori q̃ in subtiliori.& secundũ hoc hic cañ ẽ cõis cure apostematũ calidoꝝ & frigidoꝝ.

¶ ET SI ADMINISTRATIO. Hic declarat quoddã & põt dupliciter exponi secundũ quod littera superior ad cuius declarationẽ uideẽ ire. Dixerat.n.quod ĩ materia tã calida q̃ frigida cõ petit usus molificãtiuꝫ.uult ergo ostendeẽ qũo diuersimode ĩ utraq.& dicit quod tu debes ad ministrare molificatiua & frigida itegre.i.simlʼ in materia calida & resolutiua & stitica & hoc est quod dicit & sit admistratio in materia cali da frigidoꝝ molium integre.i.simul. Et supple sit admistratio in materia frigida resoluentiuꝫ cõfortatiuoꝝ simul ex emplastris.i.siue sint em plastra siue ẽbroce siue unguenta ¶ Sꝫ.t.d.ista expositio cõtradicit ꝑmissis quia dictũ ẽ quod molitiua multũ cõpetunt in apostematibus fri gidis & tñ apropriat ea apostematibus calidis. ¶ Est sciendũ ꝑpter huius solutionẽ quod ef fectus molitiue medicine qui ẽ porrorũ dillata tio non plus cõpetit in materia calida q̃ frigida imo plus cõpetit ĩ materiebus frigidis ut dictũ

tū resolutiuum quo utimur ī materiis calidis ē remissius ut camomilla mellilotū anetum & similia & iō habꝫ plus nomē molificatiui q̄ resolutiui. Et ipsuꝫ debet misceri cū frigidis in augumento & statu ꝑpter timorē cursus & qualitatem materie & forsaꝫ in declinatiōe si timeṫ de inflamatiōe materieꝝ. Et iō dixit frigidoꝝ molificantiū integre. ❡ Sed.t.d.supra Auic.ē usus in apostematibus calidis oleo camomelino soluꝫ Dicenduꝫ quod illud raro ē uel ut exponebatur solū.s.sine alio resolutiuo non tū exponitur solū quia sine aliquo frigido ut rosis & similibus sꝫ resolutiuū quo utimur in materia frigida licꝫ ēt habeat ui molificatiuā tū tendit plus ad naturā resolutiui quia est potentis resolutionis & uere resolutiuū sicut castoreū & iō dixit resolutiuum & nō dixit molificatiuū & quia resolutiuū debilitaret nisi secū esset aliquod confortatiuū stiptiū ꝑprie a mēbris pricipalibus resoluēdo ideo oportet quod ī materia frigida simul misceanṫ resolutiua cū cōfortatiuis & stipticis. secūdo modo pōt exponi quia dixerat secūdū primā expositionē quod post usuꝫ frigidoꝝ & calidoꝝ etiā debes uti molificatiuis. uult ergo ostendere quō usus medicinaꝝ frigidaꝝ & usus medicinarum molificātiū pōt esse diuersus ab usu medicinaꝝ resolutiuaꝝ dicēs quod administratio medicinarum frigidaꝝ que cōpetit in principio ad repercutiendū & molificandū.s.que cōuenit ad dillatandū porros sit integra .i.nō mixta cuꝫ medicina cōfortatiua. & rō ē quia ī pricipio pura frigida cōpetere possunt. Similiter molificatiua medicina ē debilis opatiōis respectu resolutiue & ideo pōt pure administrari sine stiptico uel cū ualde modico cū nō timeaṫ de opatione sua sup uirtute. Sed resolutiuū ueꝝ quia ē fortis opatiōis unde timetur de debilitate oportet quod misceaṫ cū cōfortatiuo & cū stiptico & hoc ē quod dicit & resoluentiū cōfortatiuoꝝ.s. sit administratio Sed.t.d.etiā cū frigidis repausiuis miscem⁹ stiptica in quo sunt frigida stiptica ut oleū roxatum onfancinū & huiusmodi. ❡ Dicēdū quod illud stipticū ē ad repcutiendū & nō ē ad ꝑhibendū defectū uirtutis possibilē iduci a medicia frigida uel molificatiua. ❡ Tertio modo pōt expōi ut dicaṫ siue repcutias siue resoluas &c̃. utaris ī forma emplastri embrocaꝝ & unctionum ita quod modo uno mō reliquo ut nunq̄ cesses.

❡ ET SCIAS. Hic ponit duos canōes ❡ Est dubitatio prio de p° cañ quia nō uidetur uerus qa uinū digerit semicrudos humores ut pꝫ i q̄rto de regimīe sanitatis. Itē uinū dissoluit coagulata ut patet ī comēto illius āphorismi sexte pticule dolores oculoꝝ. hec aūt omia cōueniūt in frigidis humoribus. Itē ī epilēsia cōcediṫ ifra & ī palesi & in multis egritudinibus frigidis capitis. Itē in prio cōtinētis nono cap° si soda ē frigida sine febre exhibeaṫ ergo bonū uinū. Dicendū quod ille qui cōqueritur de egritudie frigida capitis uel habet egritudinē inmaterialē & sic uinū confert & de hoc nō ē hic sermo uel hēt egritudineꝫ materialē & tūc uel ē multa materia cū repletione totius cruda & nō cōfert in hoc cāu immo uinū nocꝫ tūc qa materiā agitat uersus caput mouēs eam. uel ē pauca & iam digesta uel nō ē multū cruda & tūc uinū pōt cōferre Ad denotandum igitur egritudinē capitis factā de materia multū cruda cū totius repletione dixit Auic. omnis qui cōqueritur qa quasi semp ē querulosus ꝑp multā repletionē corporis & isti ex uino sunt in periculo apoplexie & istis eisdē nocet morari in balneo qa materiā repletionalē crudam agitat. ❡ Ad cōtraria patet solutio. Alii tū sunt qui dicunt quod uinū ē duplex.s.potēs & uaporosuꝫ & illud nocet aliud ē debile & istud non nocet. ❡ Hic tamē sermo ē multū rudis.

❡ ET OMNIS. Hic ponit secūdū cañ arguiṫ ꝙ uerus nō uidetur. p° quia in apostematibus calidis utimur frigidis actu & tamē illa apostemata possunt esse in pāniculis. Item Ga. in. viii°. terrapentice. vii°. ca°. docet. erisipilā itrinsecā curaṫ cū aqua frigida. Item infra in cā° de cura frenēsis concedit ipsam & cōcedit res cū niue ifrigidatas. dico qđ si hic sermo est cōtinuus ē facile respondere ut dicatur quod loquatur de egritudine frigida. Si quis. n. habet egritudinē frigidaꝫ in paniculis tunc nocetur uehemēter ab aqua frigida quia nocetur ex natura paniculoꝝ & ex natura materie siue ista aqua aplicetur intus siue extra. Alio modo possemus dicere quod in quacūq̄ passione materiali siue calida siue frigida q̄ sit in paniculis aqua frigida nocet licꝫ plus ī materia frigida q̄ ī calida. & dico aqua frigida sua frigiditate uehementi unde exponatur aqua frigida.s. uehemēter & rō est quia frigidū ē nature & neruis inimicū & ut sic ꝑhibet resolutionē materieꝝ sed si non est frida uehemēter non sic noceret. ❡ Sciendū est tū quod regulariter hoc est ueꝝ. irregulariter uero & coacte pp multaꝫ flamā possemus uti aqua frigida bibēdo & extra ponēdo & infrigidādo unguenta cum ea. sic etiā coacti qñꝫ utimur opiatis & stupefacientibus. ❡ Ex qbus cessant contraria ī oppositum arguta.

CVRATIONES AVTEM malitie cōplesiōis. Supius posuit cañ curationis egritudinū materialiū in qbus inuit curā malaꝝ cōplesionum cum materia. Hic ponit cañ curationis malaruꝫ cōplesionū sine materia & primo calide. 2° frigide. 3°. addit cañ. 2ª ibi. Quod si malitia ē cōplesionis. 3ª ibi. Et oꝫ ut scias. Prima in tres quia p°

ponit curā male cōplexionis calide sine materia inuens de mala cōplexione calida & sicca.2° poit curā calide & humide.3° ponit cā̄ cōeꝫ.2ª ibi. Quod si non īueneris.3ª ibi.Et oprtet quidē ut oēs isti.prima in.v.primo ponit curā p empla stra epithimata & unctiones.2° ponit modum usus istoꝝ.3° ponit curā p odoramēta & caput purgia.quarto p dietā.quinto p rectificationeꝫ aeris.2ª ibi Et oꝫ ut.3ª.ibi.Ex eis i quibus. quar ta ibi.Et sicut cibi.qnta ibi.Et prosternantur. ¶ In tota prima pte nihil aliud facit nisi qa enu merat multa infrigidantia & humectātia & in tantum ponit curā male cōplexionis calide & si ce.¶ Est sciendū quod ex quatuor comēdat ista olea quibus utimur.Primo quod radix.i.oleum ex quo fiunt sit ex oliuis imaturis quia magis i frigidat & confortat.2° quod nō salētur quia si poneretur cum eis uel cum oleo sal nō sic infri gidaret.tertio quod sit arbor unde oliue colligū tur frondosa quia tunc illud oleū erit frigidius eo quod oliue minus erūt digeste quia non ita calefit a sole.quarto quod oleū non sit antiquuꝫ nec illud ex quo fit nec oleū cōstructū.¶ Dixit postea Sauic dixit littera exterior quod ē orde uꝫ fractū .ibi tñ intellige quod ꝑprie sauic ē qñ ordeū ē collectū imatuꝝ Inqratu r Serapio p° practice ca°.vi°.Dixit postea frigidaꝝ & causa huius ē quia intētio nostra ē infrigidatio acetū aūt est ualde acutū & uinosū quod aliqualiter calefacit unde dicit ibidem Serapio nō ē necesse ut sit acetum.s.acutum ualde qm̄ in eo ē calidi tas quedam imo oꝫ ut sit acetosum ualde.s.pa rum acutum .

¶ ET OPORTET . Hic ponit modū usus hoꝝ Est dubitatio uidetꝰ quod Auic.sibi cōtradicat quia primo dicit & hec primo iuuant cerebruꝫ ex uia commissure coronalis quia ibidem pene trare possunt & nō posterius ut supra dictum fuit ex intentiōe Ga.in.xiii°.terapētice et postea dicit quod si aproximentur pti posteriori time tur ne pueniāt ad cerebꝝ ergo inuit quod poste rius aproxiata ēt itus penetrēt. Itē similiter di caꝫ quod āterius aproxiata nocēt quia a pte āte riori oriuntur multi nerui sensitiui nobiles ualde ¶ Dicendū ē quod sermo Auic.ē đ emplastris uncionibus & embrocis frigidis quod apparꝫ p hoc quod dicit.Et hec emplastra & uult inuere cām generalē & cām specialem per quas debent aproximari pti āteriori.s. i loco comissure coro nalis & has duas cās inuit cū dicit nō iuuant ut dicamus nō iuuant qa nō penetrāt pp duriciem & ossis dēsitatē sed āterius iuuāt & ista cā ēt fuit posita supius & ē generalis ad medicias ca lidas & frigidas.2ª cā ē ut dicamus non iuuāt qa pn̄t nocere si aproximentꝰ pti posteriori & rō ē qa aut penetrāt aut nō.si nō ergo frustra est tua opatio.Si uero penetrant cum cerebrum sit ibi grossuꝫ pulposuꝫ & sic principiū nuche & reli quoꝝ neruoꝝ timetꝰ de nocumēto quod nō time tur i pte āterieri.nō ergo Auic.uult absolute po nere quod penetrēt.Sed uult quod si penetrent timetur ab eis.hoc tñ dixit pp ꝑsumptuosos qui dicerēt ego ponā ibi fortiter frigida mista cuꝫ re bus dātibus penetrationē & faciā illa pseuerare sup loco.uult ergo Auic.quod nō sis audax i hoc ¶ Sed diceret aliqs pono quod aliter incipiat a postema calidū in pte posteriori cerebri & que ro ubi aponemus repcussiua.Hic uero caderꝫ cō sideratio.tñ sequēdo Auic.cōsiliū uidetur quod melius infrigidatio ad illū locū pueniat comisurꝫ coronalis & hoc qa nō erit timor de neruis simi liter qa totū cerebꝝ infrigidatū & stipticatuꝫ a toto materiā repellit a se. Sꝫ aponēdo posteriꝰ timetur de neruis & forsaꝫ quod materia transi bit ad reliquas ptes cerebri nobiliores posteriori quod si accideret posteriori cerebro magna infla matio & tua extiatio indicaret quod subito ptē illā uehemēter oportet infrigidare & i hoc plus eligis nocumentū neruoꝝ q̄ mortem q̄ credis se qui & tu extias quod materia dispargatur & ñ mouetur ad aliquas ptes cerebri.Dico tunc qđ potes ifrigidātia posteriori pti capitis apponere & hoc est extimatiuum iudicium. Ad contra ria patet solutio.

¶ EX EIS.¶ Hic ponit curā per odoramenta & caputpurgia.

¶ ET SVNT CIBI.¶ Hic ponit curaꝫ p dietam dixit in littera lentibus.Causa ē quia sunt frigidꝰ & ꝓhibitiue uapoꝝ sui stipticitate.et salsis.s.fri gidis salsis forsam ut cito descendāt uel salsis.i. quibusdā conditis cū sale aut oliue & faseolis al mes si cōueniūt faseoli est quia generāt chimuꝫ flegmaticū & grossuꝫ ut ponit Auic.in 2°. cā̄ & forsam quod debet misceri cū ordeo fracto Crisolātia.i.atriplices et ciceribus fractis.Mirā duꝫ ē quia cicera sunt calida & euaporatiua ha bentia uaporē quēdam calidum fermentatiuū cibi.unde in medio alioꝝ ciboꝝ debet comedi se cundū Auic.in 2° cā̄.& quēadmoduꝫ alias con tra Dinu inscripsimus & si hec littera est uera credo quod cicera debēt decoqui cū aliis rebus cū aliis rebus que sunt frigide ut ordeū .

ET STERNANTVR .Hic poit curā p recti ficationē aeris.¶ Est sciendum quod complexio mala cerebri calida attrahit uapores & ideo oꝫ qnꝫ apponere odorifera calida ad resolutionem illoꝝ & ad cerebri cōfortationē & ideo pcipitꝰ ut sit i ea.s.mansiōe.Sebrā et ē species cimini & folia alcāne que licet sint frigida resolutia sunt sꝫ ne calor oꝫimi possit inflamare ideo oꝫ ut in eo .s.feramento uel strato tēperetur cū aqua frigi da iuuant.n.fructus.s.strati i domo .

¶ QVOD SI NON. Hic ponit curã male cõplexionis calide & humide sine materia q raro repitur. causa est quia cerebrũ pecãs in humiditate uel statim aggregat materiã uel utplurimum sua humectatio ẽ a materia humectante. Cura igit ẽ cum frigidis & siccis quibus ẽt utebatur ad repcussionẽ in principio apostematũ calidorum.

¶ ET OPORTET VT SCIAS. Hic addit canõ cõe in omni mala cõplexione calida quia in ipsa ẽ timor de iflamatione & tractu materierũ & p cõsequẽs de apostematione. omnes ergo habentes malã cõplexionẽ calidam ꝓhibeantur a motibus aĩalibus .i. a motibus uolũtariis corporeis & ab intrinsecis .i. a motibus anime uel .i. a motibus uirtutũ ymaginatiuarũ & aliarũ uirtutum moraliũ. Dixit post. agitatione pupille .i. oculi quia caueatur a pupillatione quãtũ ad eius uarietatẽ sursum & deorsũ & iõ nõ debẽt fatigari in aspectu diuersorũ oculorũ & tegatur auditus ut nullus aut paucus secundũ sursum fiat motus & hoc ne fiat flegmon & tractus materierũ unde posset fieri freneticus.

¶ QVOD SI MALITIA. Hic ponit curã male cõplexionis frigide. Et primo male cõplexiõis frigide tantũ. 2° frigide & sicce. 3° frigide & humide. 2ª ibi. Quod si cũ frigiditate. 3ª ibi. Et si cũ frigiditate. Prima in duas quia primo ponit curã qñ est sine materia. 2° quando ẽ cum materia. 2ª ibi. Et si cũ hoc. ¶ Quid dicat primo notum est exponẽdo addatur cõfortatio .i. fortior opatio ut fiat uigor ofsius in calefaciẽdo.

¶ ET SI. Hic ponit curã qñ est cũ materia hic canon ẽ hic incidens. Est. n. superius posita cura dispõnum materialiũ & forsã quod ista ẽ materia ãnexa male cõplexioni. ¶ Est sciendũ qđ malencolia põt dici flegmatica p admistionem flegmatis & nõ est dubiũ quod idiget calefactione põt ẽt dici flegmatica quia p adhustionem facta ẽ melencolia & tũc si nõ remãsit uestigiũ adhustionis maifestum ẽ quod talis melencolia est erradicaliter frigida & idiget medicinis calidis. Sed si remãsit uestigiũ caloris utimur calidis minus uel frigidis calidis mistis sed si fuerit adhusta. s. de colera uel sanguie uel si fuerit adhusta. s. de quocũq humore quia inq̃tum ẽ ibi adhustio & uestigium caloris idigemus humectatione cum aliqua leui ifrigidatiõe & ideo si in melencolia adhusta cõcurrit frigus ex radice & calor ex adhustiõe miscemus i rectificatione materie medicinas calidas & frigidas.

¶ QVOD SI. Hic ponit curã male cõplexionis frigide & sicce. ¶ Est sciendũ quod mala cõplexio frigida & humida licet icipiat immaterialis tñ statim associat sibi materiã. & ideo in ipsa indigemus euacuatiõe.

¶ ET OPORTET. Hic ponit canõ i quo principaliter itendit quod qñ tu uis morã liquidorũ oz facere coronã de pasta &c. uel ifundere lanã & imponere capiti siue facere coronã de lana & iterũ affirmat quod ponuntur in pte añriori & hoc infra ponet i capº. de soda tẽporali & addit quod si illud quod apponit ẽ lene .i. humidum mole putresibile uel iuiscabile ut lac sepe inouetur & abstergatur & hoc infra docet i capitulo de frenesi Alia patent.

¶ CVMQVE CIBAS. Est sciẽdũ quod Auic. hic ad duo intendit. s. ad diuersionẽ uaporũ a stomaco ad caput. s. ne ascendãt ad caput & hoc fit p fricationẽ extremitatũ. mẽbra. n. ante cibũ fricata recipiũt uapores qui surgunt a cibo existente in stomaco & ab ipo elleuati. 2° Auic. intẽdit ad cõfortandũ caput ne recipiat & hoc fit cum apocusticis. i. stipticis repcussiuis ut ẽ oleũ rosatum dixit aũt exica latus hoc ẽ exica caput uł ut melius penetrent uel dixit quia si prius utebaris oleo antiquo uel medicina ad aliã intentionẽ modo i hora cibi remoue illud & utere oleo cõfortatiuo & si nõ poneres ad totũ caput pone ad timpora uel ad ptem unã secundũ tuã estimationẽ. ¶ Est sciendũ ẽt quod hic non ponũt canõ de quãtitate & qualitate & tẽpore cibationis pticularis qa spectãt ad capitula pticularia.

SODA. ¶ Sapius Auic. determiauit de dispositiõibus capitis & causis et signis & curis i generali. Hic determinat de eis i speciali. ¶ Diuiditur aũt deinceps fen pria diuersimode. qdã dicũt ꝙ determiat prĩo de accidẽtibus. secũdo đ morbis tertio iterũ de accidẽtibus. ibi secũda dicitur carabitus. tertia ibi dicitur subeth. aliaꝫ diximus qđ prĩo determinat de accidẽtibus uirtutis sensitiue tactiue que dolores sunt capitis. Secundo determinat de apostematibus & solutiõe cõtinuitatis tertio de accidẽtibus uirtutis itrinsece que dicit moralis. quarto de accidẽtibus uirtutũ motiuarum q̃uis accidẽtia sensitiuarũ cõcurrãt. secunda ibi. carabitꝰ dicitur. tertia ibi subeth. quarta ibi uertigo Incepit autẽ Auic. de dolore capitis ꝙ ẽ accidẽs uehemẽter eueniẽs siue frequẽter. Rasis aũt prĩo cõtinẽtis ultio capº de eo determiat. pª in tres. prĩo determinat de soda q̃tum ad sui modos & cãs. secũdo q̃tum ad signa. tertio q̃tũ ad curã. secũda ibi. Soda qdem facta a cãis extrisecis. tertia ibi tu scis quod soda. Prima in duas. prĩo determinat de speciebus sode & suis causis & modis i generali. secũdo i speciali Ibi. secunda afferamus itaq & hoc ẽ quod dicit ꝑica sermo uniuersalis de soda. pria i duas. prĩo ostẽdit qđ sit soda. secũdo ponit eius diuersitates. ibi secũda omnis autẽ ¶ In pria pte dicit quod soda ẽ lesio in mẽbris capitis. ¶ Considerandũ quod so

da ē lesio in uirtute tactiua que lesio ē dolor uñ
littera exterior dicit siue dolor. Soda aūt genera
liter hic sumit̄ pro quocūq̄ capitis dolore qūocū
q̄ diuersificato. unde dixit ī mēbris capitis & iō
generaliter hic sumitur soda prout est comūe ad
ouū & emigraneā & omnē dolorē q̄ dicit̄ soda.
¶ OMNIS AVTEM ¶ Hic ponit diuersitates
sode & prio facit h° secūdo ponit cañ. secūda ibi
soda uero plurimū fit. Et pria diuiditur in .x. sic̄
.x. sunt diuersitates in soda quas ponit. Pōit g°
prio diuersitatē ex pte modi cāꝝ. secundo ex pte
modi essēdi·i soda. tertio ex pte loci & sic đ aliis
ut apparebit ī una quaq̄ pticula. secūnda ibi. At
qñq̄ ē accidēs deinde fit egritudo. tertia ibi so
da quoq̄. ibi quarta soda ēt diuersificatur ibi.
quinta & iteꝝ Alie ptes patebūt. Pria ī duas. p°
ponit diuersitatē sode ex pte cāꝝ coniunctaꝝ. se
cūdo ex pte causaꝝ primitiuaꝝ & antecedentiū
ibi secūda. & soda quidē ¶ Diuiditur pª ī duas
prio ponit diuersitatē causaꝝ cōiunctaꝝ in se. se
cūdo ex pte unde cōsurgit & in quo ē. ibi secūda
& omnia. pria ī duas prio illas cās p̄mittit. secū
do declarat. ibi secūda mutatio aūt. ¶ Dubitat̄
circa primā ptem quia uidetur supfluus Auic.
nam due ponunt̄ cāe doloruꝫ. s. mala cōplesio &
solutio cōtinuitatis ut in secūdo tegni & .xii°. tera
pētice & in đ malicia cōplesiōis diuerse & secū
da primi. dicendū quod cause lesiōis. i. dolorum
radicaliter sunt due. s. mala cōplesio & solutio cō
tinuitatis & forsaꝫ quod ē tm̄ una. s. mala cōple
sio secunduꝫ Auer. tertio colliget Illud autē qđ
Auic. dicit mutatio aut diuersitas idē ē sꝫ difert
uoce uoluit enī per hoc notificare malā cōplesio
nem que facit dolorē que ē mala cōplesio fiens ñ
equalis sed diuersa & ideo dixit aut est diuersi
tas & hoc apparet ex sermone quē subdit dū di
cit aggregatio amboꝝ. ex his ergo duabus cāis. s.
malitia cōplesiōis & solutōe cōtinui fit alia causa
que ē duaꝝ cāꝝ aggregatio. ¶ Mutatio hic p°
declarat cām que ē mala cōplesio. secūdo causaꝫ
que ē solutio cōtinuitatis. tertio aggregationem
carū. zª ibi. & solu° cōtinuitatis. ʒª ibi duaꝝ uero
¶ In pria pte dicit quod mutatio complesionis
faciēs dolorē ē una de sedeci notis q̄uis illa que
est humida nō faciat dolorē nisi sit cum materia
¶ Considerandū quod ad dolorē ꝓprie dictuꝫ
requiritur subita mutatio & uehemēs & ideo
humiditas cū sit qualitas passiua non facit dolo
rem nisi per accidēs & hoc quia sit materia mul
tum humida que soluit continuum uel nisi. i. nisi
resoluatur in uentositatē & fac̄ solutōeꝫ cōtinui.
¶ ET CONTINVITATIS. Hic notificat solu
tionē cōtinui. Et dicit quod cā & species solutio
nis cōtinui sunt nota. debet itelligi. s. i secunda fen
primi. ¶ Est sciendū quo species solutiōis conti
nui sunt note. s. in p° cañ fen secūda unde ibi dici
tur quod apostemata sunt quatuor modoꝝ.
¶ DVARVM VERO ¶ Hic declarat aggrega
tionē utriusq̄ & dicit quod qñ iste due cause si
mul sunt in dolore cōiuncte ē sicut ī apostemate
aliquo de quatuor ut quatuor sunt humores &
hec pars patet ex predictis statim.
¶ ET OMNIA ILLA FIVNT ¶ Hic pōt dici
primo quod hic ponit diuersitates sode ex pte
locoꝝ. & prio ponit hāc diuersitatē locoꝝ in se.
secūdo q̄tum ad modū existēdi in stomaco. secū
da ibi. & qñq̄ fit cā ledēs. ¶ In pria pte dicit ꝙ
omnes ille cāe predicte faciētes dolorē qñq̄ fiūt
in substātia cerebri qñq̄ in uelamīe circūdāte ip
sum & qñq̄ in uelaminibus ipm̄ circūdantibus
& nō nocet aliquod de suspēsoriis narratum in
anothomia. ¶ Est sciēdum quod ista littera &
omnia illa. i. omnes ille cāe &c̄. pōt exponi dupli
citer. uno modo ut dictū ē. & omnia. i. omēs ille
cāe &c̄. fiūt in substātia cerebri. Sed cōtra quia
substātia cerebri nō sentit. Dicenduꝫ quod illud
apostema faciet dolorē per cōitatem ad ptes sen
tiētes. secūdo modo pōt expōi ut referatur solū
littera ad apostemata ut dicatur & omia illa. s.
apostemata qñq̄ fiunt in substātia cerebri &c̄.
& dixit h° ut ostēderet ꝙ a pte āteriori capitis
ad extra pōt profluere materia que apostema
bit & forsaꝫ ecōuerso posset qñꝫ accidet̄ sꝫ raro.
¶ ET QAANDOQVE FIT. Hic poit diuer
sitatem sode ex pte cāꝝ secundū modū existēdi
eaꝝ in loco & uult ostendere quod causa faciēs
sodam qñq̄ est in loco mansiua & qñꝫ est per
cōitatem. primo g° declarat primū. secūdo secun
dum. zª ibi. Et qñꝫ fit p cōitatem. ¶ In prima
pte dicit quod cā ledens quodcūq̄ eoꝝ mēbroꝝ
qñq̄ ē cōmansiua in illo membro.
¶ ET Quādoq̄ fit. Hic declarat cām faciētem
sodā que est p cōitatem. & primo ponit diuisio
nem unā huius sode. z° aliā. zª ibi. Que aūt est
cum cōitate. Prima in duas. ꝓpter quod ē scien
duꝫ quod hic repitur duplex littera una que di
cit ꝓpter cōitatē non itegrā. i. non totalem. Cōi
tas eim quedam ē integra. i. tendens ad totum
& quedam non integra idest tendens ad ptem
Primo g° declarat cōitatem nō integram. z°. inte
grā. zª ibi Aut pp cōitatē corporis. ¶ In prima
pte dicit quod si cā doloris fuerit ꝓpter cōitatē
non itegrā ad membrū aut fit cōitas & cōtinui
tas mediātibus neruis sicut est de stomaco ma
trice & uelamīe diafragmatis & alioꝝ mēbroꝝ
aut fit mediātibus uenis & artariis sicut ē de
corde epate & splene. uel mēbri ꝓpinqui aliqª
ꝓpinqtate huic mēbro. sicut hoc modo pulmo ē
posit⁹ sub corde & addit ei nocumētū ul' mem
bri cōicātis cerebro uno mō & alio sic̄ h° mō p°
mo ē posit⁹ sub eo & addit ei nocumētū uel mē
bri cōicātis cerebro uno mō & alio sicut h° mō

est de cōitate epatis cū renibus in doloribus eorum ¶ Est sciendū quod alia littera habet Et qñq fit ppter cōitatem itegrā.i.uerā nam cōitas que dam est uera & ista ē alteratio qnq modorum hic positorum quedā ē ñ uera & ē sicut si aliquod mēbrum sit in uia ad aliud ut iguina respectu cruris .un de paciūtur qñ pp dolorē cruris ut inuit Auic. in 2ª primi in caº de dispōnibus cōplendis & hec cōitas uel est ad ptem cerebri uel ad totū Et si ad ptē uel p cōtinuationē neruorum uel uenarum aut pp uicinitatem uel quia uni tertio cōicat sicut renes epati & cerebrum epati unde ex hoc tercio pōt ēt cerebrum a renibus pati Et si ad totum est sicut in febribus. Et sic patet quid Auic. dicat de secunda parte.

¶ QVE AVTEM EST. Hic ponit aliā diuisionem & dicit quod cā doloris mansiua que est p cōitatem uel fit cū piodis & parosismis secundum periodos & parosismos cause existentis in mēbro cōicante sicut contingit ppter cōitatem stomaci qñ est pp effusionem materierum calidarū & aliarum puenietium ad ipsam cum piodis augumenti specierum febriū. ¶ Est sciendū p hoc qd Auic. dicit qñq fit cum piodis quod p hoc intuit quod qñ ista cā mansiua doloris non fit cū piodis ordinatis uel cū nullo si solum una uice cessauit tangit aūt hoc cum dixit secundū piodos & poxismos &c. Et hic ē modus quē tangit Ga. i 2º. de differētiis febriū caº penultimo.

¶ ET SODA QVIDEM DIVIDITVR. Hic ponit diuersitatē ex pte cāe primitiue & antecedētis & dicit quod soda alia ē pueniens a cā primitiua sicut ē soda pueniēs pp ebrietatē uel pp comestionē rei calide. alia prouenit a cā anceden ti & ista ē mansiua. ¶ Est sciendum quod Auic. hic pōt duo nobis inuere. primū ē qd soda que dā est a cā primitiua ut ebrietate & quedā a cā antecedēti sine cā primitiua & tunc exponatur & ex ea soda ē antecedēs cuius causa ē iam collecta .s. absq causa pmitiua uel iam collecta &c. i. qa cā primitiua inuenit antecedentē. Aliud uero quod pōt inuere ē quod cā primitiua uel facit sodam remanēs pmitiua ita quod non est fixa qa non figitur uel facit sodā trāsire in cām cōiunctā et ancedētē.

¶ ET QVANDOQVE EST ACCIDENS. Hic ponit secundā diuersitatē sode ex pte modi existendi in stomaco & uult dicere quod qñq ē egritudo & qñq est accidēs & qñ ē accidens fit qñq similiter egritudo cerebri & significat debilitatē expulsiōis materie p fluxū sanguinis nariū uel per aliā ptē. Et subdit quod egritudies que possunt fieri ex hac soda sunt sicut subeth appoplexia passio demōiaca molities & surditas & epilēsia & palesis. ¶ Est sciendum qd Auic. uult dicere quod soda qñq modū hēt existendi egritudinis qñq accidētis. Et dicitur accidēs soda quo usq eius sequella stat ad febrē. Cum uero natura iam expulit materiā febris & cessauit febris & remāsit aliqua pars materierum i capite faciēs sodā talis soda nō dicitur accidens febris sed hēt quēdam modū egritudinis. & iō dr egritudo nō tñ quod sit formaliter egritudo. Ista autem soda significat passionē i cerebro ut subeth & huius modi & hoc ē quod dixit i littera. Ex egritudinibus .i. ex eius lesionibus siue doloribus capitis q sunt egritudines nuntiātes subeth secundum substantiā materie & secūdū motū quia si substantia sit flegmatica nūtiari pōt subeth si malācolia de colera adhusta demoniū. Dixit in littera secūdū motū. cā ē quia si mouetur ad uētriculos & oppillat significat appoplexiam si ad neruos significat molitiē. i. palesim.

¶ SODA QVOQVE DIVIDITVR. Hic ponit tertiā diuersitatē ex pte loci & uult dicere quod soda ē nomē generis. Sed emigranea ē dolor consuetudinarius in una pte & ouum siue galea siue nux ē dolor i toto capite ēt dolor cōsuetudiarius.

¶ ET SODA ETIAM. Hic ponit quādam diuersitatē ex pte graduū & dicit quod soda que dā ē fortis et quedā debilis & quedā media. fortis ē sicut illa que eueit sincipiti ifantis habentis leuia ossa qa pp multā atractionē materierum separat ossa ipius & comissuras. debilis est sicut illa que fit in litargia cuius materia ē grossa uiscosa in substātia cerebri unde non facit dolorem fortē & ista debilis quedā ē cōtinua siue insepabilis & quedā est separabilis & debilis est qñ cā faciens sodā imprimit in quodā & in quodā nō & uniuersaliter cerebrum a qualibet leui causa patitur. dixit in littera & si debilitetur .i. & si sit debilis pp duas causas .s. ppter debilitatē & fortitudinē siue acuitatē sensus. .s. suarum peliculaꝝ debilitas fit a mala cōplexione & licet sint alie cause tñ expressit de ista sicut de causa que pprius facit debilitatem.

¶ EIVS AVTEM QVOD FIT. Hic ponit signa sirsen ueri facti a colera adhusta & pmo dicit quod hoc sirsen pimit Causa ẽ quia hic hu mor est ualde extraneus unde dixit supra quod p adhustionẽ tendit ad nigredinẽ & ex hoc ad materiã melancolicã.Significatur aũt ista quia signa cõia dicta in supiori capitulo apparẽt cum demonio.i.cũ mania & risu.¶ Sed tu dices ista signa apparebãt i sirsen facto a colera rubea.unũ dicebatur igreditur in mores eoꝝ rapacitas & pprietas melencolie.i.lupinositas.¶ Dicenduʒ quod uehemẽtior siue piculosior & peior ẽ ma nia que fit a colera adhusta q̃ a colera nõ adhu sta & iõ hec uocatur demoniuʒ.¶ Dixit post & spiritus magnificatur .i. hanelitus.cã ẽ quia isti in suis fantasiis sunt fixi ppter materiaʒ me lencolicã adhustã & ideo obliuiscẽtes hanelare tandem pp multã necessitatem coguntur facer̃ magnũ hanelitum ualde.¶ Dixit & magnifica tur inquisitio.s.cũ manibus quia pñstunt uel p seuerant i inquisitione eius quod incipiũt ingrer̃ cum manibus.¶ Dixit post & oculi ipsoꝝ sunt cõturbati quia aliqualiter obscuri cuʒ materia tendat ad nigredinẽ.¶ Dixit post & eius .s.sir sen a colera adhusta cã est sibare.¶ Est sciẽdũ quod sibare sumitur dupliciter.primo pro apo stemate colerico in substãtia cerebri & tũc litte ra dupliciter põt exponi.primo quod sibare ca usat carabitũ ex colera adhusta & hoc quia po test cõsequi ad sibarem.ppter iflamationẽ eniʒ põt fieri adhustio alicui⁹ colere circa paniculos & fiet charabitus ex illa colera .2° modo põt ex poni quod charabitus ex colera adhusta sit cau sa faciens sibare quia ex colera adhusta apostẽ mante paniculos põt fieri cõicatio uel põt fieri

pmutatio ad substātiam cerebri & fiet sibare. imo quasi ē ipsa sibare & tunc dicatur quod li cā est casus ablatiui ¶ Secundo modo sumitur sibare .pro accidēte quod ē alienatio demoniaca & tunc dicemus quod charabitus de colera ad husta cāt sibare.i.demoniacā alienationē uel cō tra demoniaca passio cāt charabituz sicut aliqđ ācedēs et ista apparebūt i difficili caº đ sibaē.

¶ SIGNA AVTEM PERMVTATIONIS. Hic ponit signa charabiti siue sirsen diuersificati ex pte terminationis.terminaē aūt charabitus uł p euacuationem & huius signa nō posuit dereli quēs ipsa nota ex scientia fen secūde quarti cañ. uel terminatur p pmutationē ad aliā egritudi nem & hic ista signa ponit .primo ponit signa pmutationis ad litargiā.2º ad sachachillos.3º ad ethicā.4º ad spasmū.2ª ibi.Signa uero pmutacio nis eius.3ª ibi.Et signa pmutatiōis.4ª ibi Signa uero pmutationis.q̄uis tñ non uerus charabitus pmutaretur in ueꝝ ut supra posuit.tñ signa nō expediebat ponere cum sint nota.¶ Est sciēdū quod littera que dicit. Et istud ē ꝙ expectatur exponitur dupliciter .uno mō qđ si tu expectas .i.si tu times quod pmutetur in litargiam. Alio mō quod talis pmutatio multociens expectetur & hoc pp multā infrigidationē qua medici utū tur.¶ Dubitatur qa dicit qđ oculi pfundantur Contra qa iter signa litargie Auic.infra pōit exi tum oculoꝝ.dico qđ in litargia pncipiāte cuz sit morbus multe repletiōis cū apostēa est i substā tia cerebri tūc oculi pemināt sz i litargia facta p uiā pmutatiōis pp cōsumptionē & defectuz ex precedēti freneli & pp augumētū i hoc ex mor bo supueniēte fit infossatio oculoꝝ uel exponaē qđ oculi pfundanē in clausiōe.i. pfunde siue for titer clauduntur tñ cū lacrimis pp materiaz hūi dam que facit litargiā & pp defectum uirtutis. ¶ Dixit post & currit saliua & hoc ē humidita te materie flegmatice & ideo remittitur acuitas caloris.unde tardatur pulsus additur molities. unde pulsus fit lenis.

¶ SIGNA VERO ¶ Hic ponit signa pmutatōis charabitus a schachilos & patet.¶ Est sciendū ꝙ schachilos idē est quod scaries siue schachilos apud Rasim in prio cōtinētis.Est autē apostēa magnū cū corruptiōe.i.mortificatōe substātie ce rebri ut sumiē a Rasi.unde ē etiā schachilos cor ruptio mēbri & enumeratur cū cācrēis & estio menis in quarto cañ.fen 3ª & hoc est qđ dicit . Et ē apostema.s.cerebri p̄uum & hoc est quod ypocras uocat schachilion in septia pericula apho rismoꝝ.Signa autē huius apostematis p̄ui sunt qđ occultaē nigredo oculoꝝ cū ē retractio oculo rum uersus cerebꝝ sicut cōtingit apropinquāti bus morti & ē ipotentia pfecte clausiōis palpe braꝝ.¶ Dilligit dormire supinus qa deiecta est uirtus. Et inflaē uenter. Causa ē qa pp defectū caloris eleuantur uapores a materiebus nutriti uoꝝ & ibi retinentur.¶ Et extendūtur ossa pe ctoris eius qa sursum materie trahunē. Et mul tiplicatur tremor mēbroꝝ eius pp defectuz uir tutis ut cōtingit in apropinquātibus morti. Iste eni est unus modus tremoris ut ponit Auer.i 3º colliget.¶ Tremor.i.iectigatio secūdū Rasiz & hoc pp multos uapores i cerebro cōicatos neruis ¶ Est sciendū qđ Rasis ponit alia signa .s.qđ apparet sintille corā oculis & hoc pp materiam multā tractā ad caput.2º qđ testiculi apparent albi.cā posset esse tractus caloris ad ptes capitis & hoc ē quod dicit Rasis possibile ē qđ motus in schilos et eius signa sunt qđ apparēt corā ocu lis patiētis sintille & sola alba oculoꝝ uidenē & testiculi apparent albi & iacet eger supinus & ypocundria tenduntur & uenter inflatur & ie ctigantur mēbra hora post horam.

¶ ET SIGNA . Hic ponit signa pmutatiōis eiꝰ in ethicā & sunt pfunditas oculoꝝ pp multam exicationem Sedatio febris in iudicio infirmi qa tū sit febris facta non sentit tantū calorem q̄tuz ex putrida uel sedatio.s. q̄tuz ad exercebatiōes quas non habet nisi sequētes cibum ut poit.Ga. in primo de differentiis febriū Nigredo corpo ris ppter multā arefactionē Et puitas pulsus ex debilitate uirtutis & durities artarie .

SIGNA VERO . Hic ponit signa pmutatio nis in spasmum & dicit quod hoc declarabitur i capitulo de spasmo .

C COMVNIS QVIDEM speꝝ. Supius Auic.posuit causas diuersi tates & signa charabitus.hic ponit curaz & primo in cōi.generalibus cañ.2º in speciali secundū unāquāq cām.2ª ibi. Eius uero quod diuersificatur aliud est. Prima in tres primo ponit curā in generali magis.2º in generali minus determinādo se ad tempus & quedā accidentia 3º cōcludit.2ª ibi Et cz quidez ut in principio.3ª ibi.Et hic quidem est sermo. ¶ Ad euidentiā primi ē sciendum quod inten tiones cadūt qnq in cura frenesis.Prima euacua tio materie.2ª ē cōfortatio capitis ne recipiat .3ª est sedatio accidentium.4ª est diuersio materie ad cōtrariuz.5ª ē rectificatio diete .Et quāuis Mesue uideatur paꝝ ab hoc ordine disonare. tñ apud prudētes in idem reddeunt dicta sua.Se cūduz hoc ergo Auic.qnq facit.quia primo po nit curā charabitus intendendo ad euacuationē. 2º intendēdo ad cōfortationē capitis ne recipiat & ad repcussionē.3º ad sedationē accidentiū ca pitis.4º ad diuersionē.5º ad dietā.2ª ibi. Et po ne sup caput.3ª ibi.Et stude ut eū facias dormi re.4ª ibi Et postq̄ flobothomaueris.5 ibi Et p̄ mo incipe nutrire ipsum¶ Ad primi euidētiā

est sciendū quod Auic. ponēs curam intendendo ad euacuationē hoc facit p flobothomiā primo uenaꝝ brachii que euacuant diuertēdo. 2° uene frontis que pprius respicit locū. 3ª ibi. Deinde post hoc flobothoma. ¶ Est sciendū primo qđ dixit specieꝝ ueraꝝ quia Auic. non poterat hic dicere quod flobothomia cōpetat uel nō competat in spēbus nō ueris nisi inquātū egritudies indicāt materias ad quas alienatio seqtur que non ē uera frenesis. hic aūt sermo fuiss3 hic ual de plixus & cōpletur in capitulis pticularibus illaꝝ egritudínum. bene ergo Auic. dixit speꝝ ueraꝝ. ¶ Est dubitatio utrū in omni frenesi uera. s. sanguinea colerica rubea & adhusta competat flobothomia. uidetur qđ non. p° qa Rasis in diuisionibus nō pcipit flobothomiā i colerica frenesi. Itē azararius nō pcipit ipam in colerica. Itē nec Mesue & pbaṫ rōne qa frenesis pōt fieri ab alia materia a sanguie & a sanguine seperata ut notū ē. ergo flobothomia in illa non cōpetit p canonē generalē in q̄rta primi in ca° đ flobothomia. ¶ In cōtrariū ē Auic. cū diċ cōis cura &c̄. & supra & Alexāder in hoc cap° & Haliabas i quinto pratice. Itē diuersio ad oppositū cōpetit in qualibet specie frenesis. Sed hanc docet facere Mesue cū puocatiōe emoroidaꝝ. ergo i qualib3 specie frenesis cōpetit puocatio emoroidaꝝ. g° eadem rōne flobothomia cōpetit. Itē i acutissimo apostemate in dolote maxio laudaṫ flobothomia etiā usq ad sincopi ut patet in comēnto illius amphorismi. Que egeruntur sed quelibet frenesis uera ē apostema acutissimū et ē dolor maxim⁹ in capite. ergo in qualibet cōpetit flobothomia. Quidā uero absolute dixerūt qđ i omni frenesi cōpetit flobothomia qđ pbatur dupliciter. prio ubi ē maxia inflamatio febrilis & dolor maxius ibi cōpetit flobothomia ut comentator palegato comēto. sed in frenesi sunt ista ergo &c̄. secundo simile de frenesi uera uidetur & de cōcussiōe s3 in cōcussione q̄uis nihil sit de materia hūorali in pte. tñ pp timorē ne trahatur flobothomamus & q̄uis corpus nō sit plenū ut patet in q̄rta pmi cap° de cōcussiōe. Sed hic modus dicēdi nō uidetur uerus omnino qđ pater. Aliter dicendo ad q̄stionem. ¶ Dico ergo quod nō in omni frenesi uera cōpetit flobothomia. Ratio ē in flobothōia ē cauendū ne pducamus ad ebulitionē humoru3 colericoꝝ sicut ē cauendū ne pducam⁹ ad hūoꝝ frigidoꝝ cruditatē. S3 in aliqua frenesi flobothomia ducit nos ad ebulitionē humoꝝ colericoru3 ut cū est de colera uincēte & sepata a sanguine. 2ª rō est. flobothomia nō cōpetit in omni erisipila ut patet in 3ª quarti. ergo nec in omni frenesi pp eandē cām. 3ª ratio ē illud qđ facit frenesim magis purā nō cōpetit sed flobothomia ē huius modi ut qñ ē materia sepata a sanguine g° i frenesi quadā nō cōpetit flobothomia & istud con siderātes predicti auctores in frenesi colerica nō pceperūt flobothomia3. ¶ Dico tñ 2° qđ flobothomia utplurimū cōpetit i frenesi uera. Rō est qđ cōpetat qa utplurimū materia faciēs ueram frenesim est colera s3 ualde longinquū est ꝙ ipa in paniculis cerebri et in ipo cerebro repiatur depurata cū sit cōplesioni cerebri cōtraria imo ipa simul cū sanguine fluit & ad diuersionē & mīorōne3 cōpetit utplurimū ipa flobothomia. ¶ Dico 3° qđ in flobothomia fienda sunt seruādē conditiōes que sunt qnque. ¶ Pria ē qđ fiat de cephalica ¶ Sed. t. d. nō ne competit flobothomia aliaꝝ uenaꝝ ut saphene basilice & nigre. Itē de qua cephalica uel de dextra uel de sinistra. ¶ Dico quod in frenesi potest competere flobothomia uenarum pedis & brachii hoc tamen Auicena obmittit propter canones generales supra sed singulariter expressit de flobothomia cephalice quia flobothomia huius uene maxime competit quia simul euacuat a capite & diuertit. ¶ Ad secundum dicendum quod si dolor capitis declinat plus ad unā partem quā ad aliā debes facere flobothomiā a cephalica contraria & possibile ē quod de eadem ut declarauimus supra in cap° de cañ. generalibus. Si uero dolor capitis in frenetico sit cōis tūc potes flobothomare de ambabus cephalicis si uides magnā necessitatem sed uolendo flobothomaṙ de una cephalica utplurimū facimus. potes facere đ quacūq placet. qñ3 tñ in hoc consuetudinē cōsideramus & dispositionē uene manifestiorem in uno brachio q̄ in alio & alia multa p que elligimus flobothomiā đ una cephalica plusquā de alia. ¶ 2ª cōditio est quod fiat flobothomia pauca siue copiosa & hoc ē quod dicit aliquātula imo multa. i. qñ3 pauca & hoc fiat sicut incipiūt humores facere hoc apostema quia si huōres sanguinei incipiunt facere apostema sanguineum de multo sanguine fiat flobothomia multa si incipiūt alii a sanguine fiat pauca & cum cautella & Auic. hoc uult cum dicit incipiatur in hoc. s. in flobothomia aliquāta & hoc est idem quod multa sicut incipiūt humores. s. faciētes hoc apostema. ¶ Et cōsidera modū loquēdi Auic. cum dicit incipiaṫ quia flobothomia ē primū & maximum remediū in hac egritudine ut ponit Serapio in hoc capitulo & Alexander unde Haliabas i qnto pratice dicit. In medella frenesis primu3 oīum ad cephalicā uene flobothomandū est. ¶ 3ª cōditio ē quod nō sit aliquid forte phibēs. Et considera quod li forte non ē aduerbiū dubitandi sed est nomen ut forte. i. uehemens. Nam phibentia q̄dam sunt debilia ut hora diei & tempus āni & similia. In frenetico non phibent flobothomiam. Quedā sunt uehementia ut casus uirtutis etas

& similia & ista eorum fortitudine phibent & h° est quod dicit littera exterior Eam.i.ea fortitudine & uehementia. ¶ Quarta cōditio ē quod tu caueas sincopim.s.uidēdo ne sit uicinus ul' ne actu sit sincopis. Nam nō apparet q̄n̄ distincta in freneticis. Et cā est quia eorum loquacitate & uirilitate quā ostendūt decipimur d uirtute uitali. 2ª causa ē quia durities pulsus decipit. Nā expulsū duro pp resistentiā iudicatur q̄n̄ fortitudo & tn̄ non est ut supra inuit Auic.& Ga. in comento pulsuū libro quarto in cap° d pulsu pleureticorum. Est tn̄ possibile quod per pulsum cognoscatur ppinquitas sincopis & qd homo caueat sibi ab hac deceptiōe quia si pulsus ē tremulus .s.ex multa frequētia ut supra diximus & descendit quia gradatī tendit ad pcussionē minorem ut in hoc sit cauda feracia & ē diuersus inordinatus quia oīa ista significant defectū uirtutis & una pcussio sit magna & alia parua & i hoc paruū seruet ordiem significat ppinquitatem sincopis quia oīa attestātur defectu uirtutis. ¶ Sed.t.d.q̄uo docet ipse cauere sincopim in flobothomia cū halyabas in qnto pratice doceat flobothomare usq ad sincopim. ¶ Dicendū qd Auic.docet cauere sincopim actu uolēs quod q̄n uadis ad flobothomādū quod non iuenias i homine sincopim actu nec sincopi ppinquū tn̄ non phibet te a flobothomia ducente usq ad sincopi si ē necessitas imo in modo loquēdi cōcedit cum dicit Retineatur sanguis cum sincopis adest propinquitas quasi dicat usq prope sincopim flobothomare potes. ¶ Quinta cōditio ē ligatio debita & cām ponit. ¶ Ad cōtraria dicendum p° & ad alios auctores qui flobothomiā absolute cōcedunt in oibus speciebus uere frenesis & hoc ideo ē quia rarissimū ē quod non cōpetat. Alii aūt cōsiderātes licet raro aliquā frenesim ponūt in qua non cōpetit flobothomia iō nō pceperūt in ea tn̄ expresse nō phiberūt & hoc si possibile est semp declines plus ad flobothomandū q̄ ad omittēdū eā. ¶ Ad rationem dicēdū quod diuersio i qualibet cōpetit nō tamen ad qualibz frenesim debemus flobothomare. Et.t.d. Mesue docet diuertere cū fluxu emoroidali dicendum quod ēt cum aliis hoc dicit ibi quod ubi expedit fiat cū puocatiōe emoroidarum et si expedit fiat cū alio ut uētosis fricatiōe. Et si in cap° de freneſi co menderet in omni specie frenesis flobothomiā intellige tn̄ in omni sanguinea. ¶ Ad rōnem primam oppositiōis illorum dico qd nō semp ubi maxia est inflamatio et dolor cōpetit flobothomia qa ista posset fieri a colera sepata a sanguine. ¶ Sz.t.d. Ga.in comēto amphorismi prealegati in forti dolore ponit flobothomiā esse optimā dico qd debet intelligi reliquis indicantibus. nam i colerica flegmatica & uētosa ē fortis dolor & tamē non cōpetit flobothomia. ¶ Sed.t.d.q̄uis frenesis sit a colera sepata a sanguine tn̄ fortis dolor & inflamatio attrahet ad caput materiā sanguineā. hoc eni est qd plurimū atrahitur in dolore ut supra in cap° de signis sode ergo rōne huius competit flobothomia ad diuertendū. ¶ Dico quod illa diuersio uel pōt fieri cū ligaturis & fricatiōe & tūc nō fiat flobothomia. uel non pōt fieri quia in reliquo corpore ē multa repletio corporis et tūc debet medicus cōsiderare qd magis conferat uel utilitas diuersiōis uel nocumentū deprauationis & efrenetatiōis colere per flobothomiā & hoc ē iudiciū extimatiuum & si deliberat flobothomiā faciat de uena ex cuius flobothomia colera que apostemat cerebrum min⁹ deprauetur ut ex saphena uel comuni uel alia ut extima° affirmat. ¶ Ad secundā ratione dicendū prio negādo similitudinem cū frenesis sit apostema nobilis mēbri et cōcussio sit dispositio carnis pprie & cutis ut conceditur & ratio nihil cōcludit qa ēt i frenesi possz fieri flobothomia q̄uis in corpore nō esset repletio ut si fieret frenesis a cā primitiua.s.pcussione tunc eni quod plurimum trahitur est sanguis ut patet in cōcussionibus.

¶ DICTVM POST HOC. Hic ponit curam p euacuationē ex flobothomia uene frontis que est pticularis flobothomia magis apropriate euacuans ex loco & pz. ¶ Est dubitatio utrum non facta flobothomia uniuersaliter.s.brachii possimus in frenesi facer̄ flobothomiā uene frōtis. uidetur quod nō primo ex modo loquendi Auic.cum dicit dictū post hoc &c̄. Item hec euacuatio uniuersalis debet precedere particularem ut docet Mesue in ca° de cura sode sed flobothomia brachii ē uniuersalis & flobothomia frōtis est pticularis ut Auic.ponit. ¶ In cōtrarium sumitur ex textu Auic.qui dicit quod si nō ē possibile habere uenā manus flobothoma eū i fronte Item serapio in primo libro in capitulo de frenesi idem ponit. Item Alexander narrat se curasse quēdam p incisionē uene in fronte quem sui cōsanguinei ligatum tenebāt & cōstrictum & dicit quod hec flobothomia debet fieri si non pōt pp inqetudinem in brachio incidi uena. Item primo cōtinentis octauo cap° scribitur flobothometur prius in brachio & si possibile nō sit saltim flobothometur de uena frontis uel nasi. ¶ Dicendum quod medicus rōnabilis aperiet uenā frōtis si non fuerit prius necessitas euacuationis p flobothomiā uene brachii ut notū est. ¶ Sed.t. dices q̄uo est possibile quod homo fiat freneticus & non sit indigentia flobothomie. ¶ Dicendum quod hoc ē difficile uidere & raro cōtingēs licet eim accidat frequēter quod in frenesi sit indigentia flobothomie uniuersalis. aliquādo tn̄ cōtingit quod nō sit eius indigētia & tn̄ sit indi

gentia pticularis flobothomie hoc uidetur uald raꝝ. Erit ergo hoc qñ corpus nõ est positũ sub dominio sanguis nec caput recipit a corpore sed solum materia que fecit frenesi fuit i capite mota uel congesta. Si uero precesserit necessitas uniuersalis flobothomie tũc uel cessauit rapt⁹ materie uel nõ cessauit. Si sic tũc põt fieri flobothomia de uena frontis uel nasi quia materiã in capite ad quã est intentio euacuat & hoc põt confirmari de intentiõe Mesue in capº preallegato qui docet euacuationẽ pticularem pmittere qñ mẽbrũ recipiẽs nõ est auaꝝ in recipiẽdo & trãsmitẽs nõ ẽ potẽs in mandando hoc sensit Gulierinus lombardus in hoc capº cum dicit aptio uene que ẽ in fronte post cõfirmationẽ infirmitatis que ẽ in loco materiã apostematis remouet magisquam aliquid attrahat ad locum. Si uero raptus materie ad caput nõ cessauit tũc dico qđ in hac flobothomia ẽ dubiũ & põt nocere quia euacuãdo a capite erit cã attractiõis ad caput cũ materia fluat uersus caput. Sed. t. d. cõtra quia faciã flobothomiã de naso sed talis cũ hoc quod euacuat ẽt diuertit quia Mesue sanguisugas naribus apositas ponit esse diuersiuas i capitulo đ frenesi. ❡ Dicendũ quod flobothomia de uena nasi & sanguinis extractio cũ sanguisuca & similiter flobothomia uene frontis sunt diuersiue pticulares non tñ sunt diuersiue cõmũes respectu rapt⁹ a toto corpore. Euacuatiões aũt pticulares a mẽbris q̃uis euacuẽt & diuertũt tñ si corpus ẽ plenum & materia est in flusu debent postoni uniuersalibus sicut etiam precipit Galienus in libro de flobothomia noue translationis cum precipit uentosas collo apponi & parti posteriori capitis. ❡ Sed. t. d. hoc ẽ cõtra Auic. hic qa stãte fluxu materie ad caput concedit flobothomiã uene frontis. Quod patet per uerba que ponit cũ dicit & quod additur ei ex hº. s. ex materia ducit eum &c̃. Dicendũ prio per expositionẽ littere aliã ut dicatur si tibi non est possibile hẽre manus infirmi ut flobothomes et illud qđ additur ei ex hoc. s. de litigio & uiolẽtia uolẽdo per uim tenere brachiũ eius ducit ad inquietudinem & rixam ex quibus additur in passiõe et motu materieꝝ ad cerebꝝ plus q̃ sit iuuamentũ flobothomie uene brachii & tũc flobothoma frontem ❡ Aliter tñ posset dici qđ cõtingẽs ẽ qñq̧ materia existẽte in fluxu ad cerebrum plus iuuari ex euacuatiõe materieꝝ a capite per flobothomiã uene frontis q̃ noceri ex tractu materierum ad caput per hãc flobothomiã & hoc nõ põt iudicari a medico nisi ex effectu & forsã optia extimatiua & multũ exercitato in hac arte. ❡ Est tañ sciendũ qđ qñ i frenesi ẽ necessitas flobothomie uniuersalis & medicus nõ potest ipam facere & uult facere flobothomiã uene frontis expedit p mittere si põt fricatiões ligatiões & uẽtosas i ptibus inferioribus ut illud quod non põt facere de diuersiõe per flobothomiã supleat per ista ut possibile ẽ. Similiter expedit si põt secundare flobothomiã uene frontis ut si materia pria transit ad caput de nouo per secundã euacuatur & forsam inter alias utilitatẽ secũdationis huius flobothomie attẽdit Alexãder cũ dicit postea secundantes tñ pertransimus q̃tum ratio postulat ❡ Aliter & 3º posset dici quod postq̃ materia est in aliquo mẽbro etiã cessauit fluxus possũt accidẽtia a materia puenẽtia pcedere augendo & hoc pp pcessum actiõis materie in membrũ & pp augumentũ corruptiõis qđ fit in ea. pª tñ responsio magis uadit ad textũ Auic. Ex quibus patet mens Auic. in littera quia prio uult quod fiat flobothomia uniuersalis quia hoc est magis regulare. 2º uult qđ fiat flobothomia uene frontis & in hoc obserua tres cõditiões. pria est si uirtus fuerit fortis. secunda est si dispositio repletionis materie sanguinee in capite facit oportere. Tertia ẽ si egritudo ẽ fortis quia. s. si sanguis ad caput ascẽdit replẽs inducit fortia accidentia & dolores fortes. uel dixit forsã dispositio loci qa si dolor sit in parte añriori flobothometur i pte posteriori. et si sit magis uersus post flobothometur posterius & si sit magis añ flobothometẽ de uena frontis. dico secũdo quod Auic. uult qđ qñ non potes facere flobothomiã uniuersalẽ sꝫ particularem de fronte Et hoc ppter tria pmo ppter uirtutem debilẽ in qua cõfidis quod melius tolleratur apertua uene frontis q̃ brachii ❡ Secũdo quãdo dispositiones nõ cõsentiũt que possunt esse multe. una ẽ quia in toto non ẽ repletio. 2ª est quia materia non ẽ in fluxu. 3ª est quia alia circõstantia de etate aere cõsuetudine & huiusmodi secundũ tuã extimationẽ non consenciunt flobothomiã uniuersalem ex manibus quia ex brachiis et extimas quod consentiũt flobothomie uene frontis ❡ 3º qñq̧ nõ potes qa non uult prebere brachiũ & tunc facimus pticularẽ flobothomiã añ uniuersalẽ. ❡ Ad cõtraria Ad priũ dicendũ quod locutio Auic. fuit i casu generali siue regulari sed instantia fuit in casu coacto. Ad rõnem dicendũ quod euacuatio uniuersalis precedit pticularem regulariter. Coacte tñ & in casibus quos ẽt Mesue posuit possunt fieri particulares euacuationes non pmissa uniuersali & sic est in pposito. ❡ Secũdo ẽ dubitaº quod sit melius uolẽdo facere i freñesi flobothomiã particularem uel flobothomare uenã frontis uel uenã nasi. s. que est in lepore nasi. uidetur quod uena nasi quia ẽ magis diuersiua cum sua euacuatiõe cũ magis a cerebro distet puncta nasi q̃ uena frontis ❡ In cõtrariũ est cõis locutio auctoꝝ qui de uena frontis precipiunt flobotho

miam. Dicēdū ꝙ uel ī hac flobothomia intētio ē
ad copiosam euacuationē a capite & tunc flobo
thomia uene frontis eſt melior quia eſt uena ap
parens & a qua ſufficiēter exit de ſanguine ſed
a uena naſi exit ſanguis ualde paucus ut ponit
Auic. in quarta primi in cap° de flobothōia uel
intencio eſſet aliqua diuerſio pticularis & nō cu
rares de multa euacuatiōe & tūc eſſet conueni
ens flobothomia de lepore naſi. Et quia uolēdo
facere pticulares euōnes plus ītendimus ad eua
cuationez q̄ diuerſionē iō flobothomia uene frō
tis abſolute melior ē. ¶ Eſt dubitatio 3° qđ ſit
melius uel apire flobothomo has uenas uel cuz
ſanguiſucis. ¶ Dico quod ipſam eſt melius flo
bothomo apire cum ſit ſatis magna & apparēs
unde ſanguis inde melius emanabit q̄ p ſangui
ſucam. Et iō ſi ex natura alicuius indiuidui ipſa
eſſet oculta non bene apta flobothomo eſſet me
lius ibi apponere ſanguiſucaz. uene aūt naſi me
lius apponitur ſanguiſuca quia p flobothomiā
exit paucus ſanguis ſed ſanguiſuca ſugendo plꝰ
inde euacuat & plus diuertit. poſſent aūt mul
ta pticularia indicia occurrere que predictis pre
ceptis non eſſent conſona & in quibus oporteret
incedere ſecundū quod extimatio īdicaret. ¶ Eſt
dubitatio quarto an in principio freneſis compe
tat euō cum farmaco & qa hec cōpetit ī freneſi
colerica iō poſtponatꝰ hec q̄ſtio uſq ad locū illū.

ET PONE SVPER CAPVT.
Supius Auic. docuit curaz freneſis
q̄tum ad intentionez euacuationis.
Hic ponit canones curatiuos frene
ſis q̄tum ad intentionē que ē confortatio capitis
ne recipiat materiā & illius repcuſſio. huiꝰ aūt
capitis confortatio & repcuſſio materie & pro
hibitio ne recipiat fit duobus modis. uno modo
per localia quedā capiti aproximata. alio modo
p modū regimis q̄tum ad quedā extrinſecus oc
currentia. Primo g° declarat primū. z° zm. za ibi
Et facies eum quieſcere. ¶ Eſt dubitatio utrū
poſſimus uti oleo roſato cuz aceto & uniuerſali
ter repcuſſiuis ante flobothomiāz Et p hac que
ſtione require quod dictū eſt ſupra tractatu p°
in cap° de cañ. generalibus. ¶ Eſt dubitatio z°
utrꝫ hoc oleū & acetum & ſimilia debeant poni
actu infrigidata & uehementer. uidetur quod
non per Aueroiz in ſeptio coliget ubi dicit quod
cerebrꝫ nō ſubſtinet medicinā multuz actu frigi
dam. Itē theodorus priſianus uidetur innuere
quod huiuſmodi olea tepida apponantur. Idez
dicit in cap° de freneſi. Itē ſimile uidetur de tali
bus oleis & embrocis. Sed embrocas comuniter
applicamus calidas etiā qñ apponimus cū ſpon
gia uel pāno. unde Haliabas ī quinto pratice fa
cta decoctiōe ex oleo uiolato & ſimilibus dicit in
decoctiōe tingēs lineū panū aut ſpōgie fruſtruz

magnū capiti apponas tepita. Idem ponit Raſis
in nono almanſoris. ¶ In cōtrariuz eſt Auic. hic
& Haliabas ibidē. ¶ Dicendū quod ī cura fre
neſis uel ſumimus indicatōez ab ipſa paſſiōe ulꝰ
cū alia indicatōe attendimus. Si quidē reſpicimꝰ
ipam paſſionē tūc in pricipio utimur oleo roxa
to frigido actu qa in pricipio paſſio ē cuz multa
inflamatiōe capitis & uehemēti raptu materie
ad caput ergo oportet uti medicinis reſiſtentibꝰ
uehemēter & ſine mora. hoc autē ē repcuſſiuuz
actu frigidū. Si uero cū hoc alia coīdicātia atēdi
mus & hoc qñ paſſio nō ē cū uehemēti inflama
tiōe & ſubito raptu unde indiuinamus & in no
ſtra extimatōe coīdicationez ſumimus a natura
mēbri. ſ. cerebri quod ē frigidū & leditꝰ ab actu
infrigidatis ſed nō forſaz tepidis. Similiter etiaz
ſi extimatiōez habeamꝰ ꝙ aer frigidus ei noceat
uerbigratia ē freneticus in aere fortiter frigido
& tēpore yemis timemus quod frigus aeris &
oleuz roxatū actu infrigidatū ledit. Sed ſi frene
ſis ē uehems ī calore & raptu materie ad caput
plurimū īdicat aplicari iſta frigida actu et ſicolo
quitꝰ Auic. qa uero qñz extīatiua medici diuertit
intentionē ad reliqua coindicātia ideo quādoq
a quibuſdam repitur quod iſta applicētur nō
multū frigida actu Ex quibꝰ ceſſant due aucto
ritates premiſſe. ¶ Ad rōnem cū dicitur ſimile
uidetur de embrocis & unctione dico quod me
dicus qñz utitur embrocis ad intētionē inducē
di ſomnū & tūc dico quod debet eis uti tepidis
ſicut ibidem facit. Haliabas Ratio ē quia talibꝰ
embrocis non miſces acetū quod facit penetrare
& hoc quia timemus ne acetū forſaz inducat ui
gilias ergo utimur eis ſub qualitate tepida qua
penetrāt. za ratio ē quia tepidū modo cuiuſdaz
delitie inducit ad ſomnū. 3a cā eſt quia uſus ho
rū eſt maxime in augmēto uel ſtatu ubi addun
tur uigilie. & ideo ne oīo materia pigritetur a
frigidis medicinis ſomniferis utimur eis tepidis
z° medicus utitur embrocis ad intētionē reſolu
tiōis uel magis pure ut ī declinatiōe uel miſcēdo
cum repcuſſiuo. ſicut in augumēto & tūc etiam
debet eis uti tepidis uel calidis ut notuz ē. ¶ 3°
medicus poſſet eis embrocis uti ad intentionem
repcuſſionis ſicut ſi eis uteretur in principio. Et
dico duo hic. primo quod poſſemus uti actu fri
gidis ſicut utitur oleo roſato & aceto. pp eādem
cām. z° dico quod poſſet uti eis calidis ſiue tepi
dis & hoc ppter duo p̄mo quia embroce ſui te
piditate apperient porros & parabunt uiam
oleo roſato & tu cōfidis quod illa tepiditas nō
poſſit nocere intus attrahēdo. z° quia embroce
q̄uis tepide apponātur & pp aliquā utilitatem
tepiditatis actualis ideo tu elligis eas tñ ipſe re
uertuntur ad frigiditatē aque quod non contin
git de oleis. Ex quibus ceſſant multa contraria.

3ª tractatus

¶ Est sciendū quod licet in cōi usu sit oleū rosatum cum aceto & reliqua dicta supra in capº de soda calida de expssionibus.i.succis ifrigidātibus ut ē sucus sempuiue solatri & huiusmodi In colerica laudatur emplastrū de foliis salicis & spine albe nam ista sunt frigida licet sica ī uirtute & ideo forsam cum oleo uiolato operātur quia sunt repcussiua frigida. ¶ Tertio est sciēdum diceres tu q̄tum debet esse acetum respectu olei dico quod secundū Alexandrū debet esse qnta ps aceti tñ in cañ.supra de hoc late diximꝰ.

¶ ET FAC. Hic ēt cum forma regimis intēdit ad ꝓhibitionē asensus materieꝝ ad caput & hoc fit ꝑpter rectificationē aeris ut sit tempatus & purus ab omni malo uapore & fumo & ut non sint picture & ymaginationes quia p cōuersionem ad illas laboratur ad ymaginādum iō leditur cerebꝝ primo quia eius opatio est ymaginatio secūdario paniculi p lesionē cerebri. Alia patent. ¶ Est dubitatio utꝝ aer in quo locat̄ freneticus debeat esse tēperatus uꝰ frigidus. uidetur quod frigidus per plateariū. Itē qa melius euētat cordis distemperiē. ¶ In cōtrarium ē Auic. Dico quod aer istoꝝ potētialiter debet esse frigidus & de hoc nullus dubitat qđ debeat esse frigidus sed dico potētialiter pp appositionem in eo reꝝ frigidaꝝ ipotētia ut nenufaris solatri roxarū & similiū. Sed dubiū est utꝝ sit meliꝰ ꝙ sit actu frigidus uel tēperatus. & qđ sit melius tēperatus ꝓbatur ex Ga.xº.terapentice specialiter in frenetico & ex haliabate & Rasi in primo cōtinētis & ex Mesue & Serapione quia frigus cōdempsat porros & hoc ē maxīe considerandū in freneticis qui nō possunt stare pannis coperti sed inquietant̄. unde aer occurrit nō solū capiti uel faciei & per hanelituꝫ itrat sed etiā occurrit reliquo corpori. Si autē aer sit calidus replet caput atrahēdo materias & debilitat uirtuteꝫ resoluēdo. unde i prīo cōtinētis in hoc capitulo sic scribitur patiēs locet̄ in aere tēperato & non in frigido cōstringēte porros nec in calido dissoluente qa replet caput et ideo qñ aer ē nimis calidus in estate reducimus ad moderatū cū positione et decursu aquaꝝ frigidaꝝ & hoc docet haliabas in quinto ꝓtice & qñ ē nimis frigidus ut ī yeme reducimus ad tēpamentū cū ignis acēsiōe. ¶ Ad plateariū dicendū qđ per aerē frigidū intelligit tempate. ¶ Ad rōnem in cōtrariū dicēdū quod licet melius euenter tñ in aliis impedit. ¶ Secundo ē dubiū utꝝ locus in quo stat debeat esse luminosus uel obscurus. uidet̄ qđ obscurus qa Mesue dicit quod domus in qua locat̄ debet esse abstracta a formis & luciditate. Constitue egꝝ in domo obscura. ¶ In cōtrariū ē theodorus in pº libro & in hoc capºubi dicit. In satis lumīnoso loco iaceant & Alexander ēt expresse dicit sit autē magis luminosus aer q̄ obscurus. ¶ Hanc cōtraditionē difficile est explanare. Credo tñ qđ medicus pōt dispōere quod aer sit obscurus iterdū & aliqñ sit luminosus debite. et quod sit supfiue lucidus nō ē conueniens ut notū est. Si ergo sit in firmus de incurētibus timorē ex tenebra uel sit talis quod ꝓfundetur in discursibus ymaginationis remoto lumine tūc medicus debꝫ facere aerē tempate luminosum taliter quod gesta infirmo cōprehēdant̄ & ꝓsentes amici a quibus uerecundatur cognoscantur. Si autem sit infirmus qui ꝑ sentiam luminis discurrat cum oculis & sine lumine in obscuro quiescat ab hoc tunc debet ipsuꝫ in obscuro locare unde Galienꝰ in quarto regiminis acutoꝝ comto.xxxviiiº.dic̄ quod accubare in obscuris domibus ē corretio anxietatis gº secundū uarias extimationes medicine auctores predicti uaria protulerunt.

¶ ET ISVD EST. Hic ponit curā q̄tum ad ītentionē que ē sedacio accidētium & primo fac̄ hoc. zº reddit ad cañ. in euōne p flobothomiam. zª ibi ueꝝ tñ rectius est ¶ Est sciendū quod accidentia in freneṡi maxime nociua sunt uigilie superflue quia ipse debilitāt uirtutem & augent morbū quia replent caput uaporibus ut patet infra in capitulo đ corruptiōe memorie & ideo Auic. maxime ad sedationem uigiliaꝝ intendit Facit eiꝫ hoc cū rebus extra applicatis & assūptis Extra applicata sunt opiū. s. dissolutū in oleo rosato secundū Gilbertū uel cū aceto uini secundum Haliabatem Ego uero dissoluo in oleo camomelino quia habet uirtutem resolutiuaꝫ sue malitie Extra etiā docet aproximare emplastra & lactucas &c̄. tñ cōiter utimur embroca Rasis uero in nono almansoris & Haliabas in qnto pratice hoc idem ponit. Assumpta uero iterius sunt sirupus de papauere Et considera contra quosdā quod ubi Auic. ꝑpter debilitateꝫ uirtutis ꝓhibet opiū extra applicari ibi concedit ꝑotum sirupi de papauere ¶ Sed est dubiū utꝝ hic sirupus de papauere debeat esse cum sappa uel sine. Istis. n. sirupis cōiter ī nostra patria utuntur medici. ¶ Dico quod securius est uti sirupo de papauere simplici Aliqualiter quidē est suspicandū de sappa. Alesander uero utitur diacodion & Auic. utitur semine papaueris cū aqua ordei. ¶ Est dubitatio utruꝫ opio possumus uti inungendo qñ uirtus ē debilis. uidetur quod sic quia in primo continentis ita scribitur inueni in libro de tiriacha cesaris quod si datur in potu opium habenti uirtutem solutaꝫ. i. debilem ex uigiliis liberabitur quia inducit somnuꝫ & facit reddire uirtutē. Sed si opium datur in potu debili multo magis potest extra apponi. ¶ Item dubitatur quare debemus solum duobus cornibus apponere & naso ¶ Ad primuꝫ

dicendum quod cum uirtus opii sit narcotica re quirit uirtutē fortē & si non ē fortis cōgellando occidit. unde ēt reptus ē homo mortuus pp eius suppositionē in ano ut pʒ infra in fen.xvi^a. in capitulo de fluxu uentris oium modoꝝ. ¶ Ad auctoritatem Rasis ex libro qui dicitur Galieni de tiriacha dico quod nō est ei asentiendū. uł dico qꝫ si ē debilitas pauca sequens uigilias & de pēdēs ab eis. pōt p opiata remoueri. sʒ si sit multa debilitas nō. ¶ Ad secundum dico quod istis opiatis utimur maxie eo tēpore quo egemus puris frigidis. s. frigidis repcussiuis sed nō eo tēpore quo egemus repcusiuis & resolutiuis & pp ea aplicatio opii cū sit coacta qa nō resoluit sʒ cōgelat materias dedet fieri nō in multa pte capitis neci illa pte a qua fit multa euapora° sicut ē Iafeth siue sinciput. Sed sufficit i fronte & naso & est somniferum.

¶ VERVMTAMEN RECTIVS EST. Hic reddit ad canones in flobothomia & cā redditus ē duplex. una est ut doceat quod si curare potes uigilias cura uera per abscisionē cāe facies illud qa ē rectius & hoc ē quod dicit. ueꝝtamē rectius ē ut expellas. s. per flobothomiam &c̄. Alia cā ē ut declaret sermonē superius dictum. Cura comunis specieꝝ ueraꝝ ē flobothomia. h° est rectius & ueꝝ si indicatiōes asentiūt & ideo dicit recti⁹ est ut expellas. s. materiā frenesis per flobothomiā si tolleret ea hora. i. pñtia indicātiū ipam & non sumitur hic hora pro solo tempore anni sed pro omnibus indicationibus presentib⁹. Ergo uult Auic. qꝫ lʒ sit dictū qꝫ flobothomia sit comunis cura. tñ cōsidera cās indicātes. sed tu diceres ipe dixerat illud supra cum dixit. Si nihil forte fuerit qꝫ ꝓhibeat. Dicendum qꝫ hic magis dearticulat cū declarat se dicēs & nō fuerit i postremo eius timor. Hic autēʒ timor i postrēo stati declarabitur. ¶ Vel dicēdū quod secundū conciliatorē arabes sunt magis timidi i flobothomando q̄ greci & ideo Auic. repetiit cautellā in flobothomia ¶ Est sciendū quod littera que dicit fac illud in principio duobus diebus uel trib⁹ pōt exponi dupliciter. prio quod ista flobothōia fiat a pricipio. pria die. z^a uel tertia & post non fiat & hoc quia timetur quod post tertiū diem materia sit nimis sepata a sanguine & est simile ei quod dicim⁹ qꝛ i terciana fiat flobothōia usqꝫ ad tres piodos ut patet in pria quarti in cap° de cura tertiane & ē simile ei quod aliqualiter dicimus qꝫ i morbilis fiat flobothomia usqꝫ ad q̄rtum diē ut in pria quarti i suo cap°. ¶ Secūdo modo pōt exponi quod ista flobothomia fiat in principio. i. a die quo incipis duobus &c̄. & qꝫ tu nō facias eam una die cōpletā sed secūdes i secunda die uel tertia & ē cañ. similis canoni prie quarti in cap°. de cura putridaꝝ in generali cum dicitur mℓtiplicatio numeri est melior multiplicatione q̄titatis. ¶ Est ulterius sciendum quod Auic. recordatur cañ. generalis in prio libro cuʒ sepe dixit quod sanguis pro thesauro recondat̄ ita uult hic quod postq̄ tu facis flobothomiā nō ultimes ipam tantū quod nō remaneat sanguis . s. nisi ualde paucus nam pōt esse indigentia sanguinis egritudine ꝓcedēte pp duo. p° ut resistat̄ uaporib⁹ q surgūt a malis materieb⁹ siue faciāt accidentia cretica siue nō faciāt illa Sed si est uirtus debilis ꝓpter multā euonem sanguis nō poterit resistere motibus uaporosis & accidētibus creticis & hoc idem dicit in cap° pallegato Cuʒ dicit debilitatur uirtus a resistendo in crisibus expectatis. z° quia in tempore restaurationis p nutrimentū & in declinatione remanebit uirtus supflue debilis uel ēt in tēpore crisis in quo oʒ subtilissime dietare uirtus non poterit substinere quare cogemur dare cibū pp tuaʒ supfluam flobothomiā. Et hoc ē quod dicit nō pueniatur donec non remaneat sanguis in corpore. i. nō sit perflue flobothomes sed remaneat sufficēter de sanguine quo natura conseruetē. i. stet fortis ad resistendū uaporibus in statu faciētibus accidētia cretica ¶ Dixit post & defectum nutrimenti. i. subtiliationis regimis si hora. i. tempus siue dispositio morbi ut qñ est in statu fecerit illud oportere. s. quod resistatur uaporibus & quod regimen subtilietur. Aliter ēt pōt exponi ut pʒ ex dictis. ¶ Est sciendum quod subtiliter inuestigans totuʒ sermonē Auic. hic posset referre ad flobothomiā que fit in freneſi tempore multe instantie uigiliaꝝ non obstante quod prius in pncipio frenesis sit facta alia flobothomia & iō in hac flobothomia oʒ duo attendere. primū ē qꝫ fiat pluribus uicibus. z° quod fiat modica. Et iō dixit Auic. si tolleret eā hora. i. tempus morbi quia iam sumus in augumento. Si ergo i stancia uigiliaꝝ pōt tuo iudicio p flobothomiam remoueri ut quia sit p sodam sanguineā pulsatiuam q̄uis simus in augumento & sit facta flobothomia in principio tūc fac eam ēt nunc in augumēto sed diuide ipsam in duas uel tres ptes quia credendū est quod uirtus sit debilis & iō fac eam a principio. i. a primo die quo incipis &c̄. Et q̄uis diuidas ipsam tñ cum hoc non trahas multā q̄titatem sanguis sed cōseruetur ut resistatur uaporibus & defectui nutrimenti q̄ occurrūt hora status.

¶ ET POSQVAM FLOBOTHOmaueris. Hic ponit cañ. q̄tum ad intentioneʒ que est materierum subtratio siue diuersio & primo p distæria. z° p fricationes. z^a ibi Et trahe materiaʒ ad inferiora ¶ Est dubitatio utꝝ añ flobothomiam sit fienduʒ clistere. uidetur quod sic secūdum cōiter opantes ¶ Item flobothomia strin

git naturā ut p; in quarta pmi in capº de flobothomia ergo oʒ prius eam linire. Item in prima quarti in capº de cura febris terciane non pure ponitur quod cum flobothomabis non idigebis clisteri & secundū expositiōeʒ notā uult qđ tu debes prius fecisse clister. ¶ In cōtrariū ē Auic. cum dicit & postq̄ &c. Dico quod clistere pōt fieri ante flobothomiā secundū quod necessitas cōstringit & qn̄ʒ fiunt eadem die & quādo diuersis diebus secundū qđ apparet medico prudenti. Tamen Auic. in modo loquendi innuit nobis quod si simul cōcurrat necessitas flobothoīe & clisteris in frenesi debemus a flobothomia incipere. Ratio ē quia stantibus duabꝰ indicationibus de duobus medicinis medicus debʒ incipe ab eo quod magis necessitat & in cuius obmissione est magis piculum. Si quis aūt incipiat fieri freneticus & hēat feces in intestinis unde est opus clisteriis & materia sanguinea manifeste fluat ad caput & apostemet unde flobothomia est necessaria. Si tu paras clistere ad soluenduʒ feces intestinoꝝ eo tēpore quo tu istud paras clistere & pficitur eius opus hic infirmus multuʒ pcedit in augumento frenesis ē ergo melius flobothomare prius & statim ponere oleū rosatuʒ cuʒ aceto & post facere clistere ex quibꝰ cessāt cōtraria utriusq̄ ptis. ¶ Est secūdo dubitaº utrꝫ possimus facere clistere acutū. uidet qđ sic quia in principio frenesis possumus dare farmacū solutiuū imo scamoneā secūdū Rasiʒ in .xvii°. cōtinentis capº quarto ergo mltomagis clistere acutum possumus facere. Itē in cura apostematum epatis utimur clisteri acuto cum coloquitida ut ponit Ga. in 3º terapētice in capº de cura apostematum epatis ergo multomagis in cura apostematū cerebri qa nō sic fortiter agūt clisteria i ptes cerebri sicut in ptes sibi ppinquas ut circa epar cū epar loco clisteri sit ppinquius. ¶ Itē in soda colerica tēporali atrahimus materias ad inferiora cū clisteri calido i. acuto gº & in frenesi cū ibi sit dolor colericus. ¶ Itē in obtalmia cōpetūt clisteria acuta uiolēta ut ponit Rasis in 2º cōtinentis ergo eadem ratione in frenesi. ¶ In cōtrariū est Auic. & Mesue & Haliab. & cōiter omnes. ¶ Dicendum quod in principio frenesis cum intencio p clisteria ē emundatio intestinoꝝ ab eoꝝ fecibus & diuersio uapoꝝ a capite debemus uti clisteribus lenibus ut cum oleo rosato & aqua ordei uel oleo alio ut comūi uel uiolato et aqua .s. pura calida Et n̄ debemus uti clisteribus acutis. Ratio ē quia in uera frenesi acuta clisteria agitant & inflamāt materiā que ascendit a corpore ad caput quia clistere acutum calefacit & inducit febrē imo ēt debilitat epar ut patet i 4ª primi. Materia aūt cōmota & calefacta disrup tius furiendo currit ad caput & hoc ē qđ Mesue dicit adminstratio clisterioꝝ sit leniuʒ ut nō fiat incitatio materieꝝ ad fluxum p cōmotionē eaꝝ. Clisteria aūt leuia faciūt tria iuuamēta pncipalia in frenesi. Primū ē quia materias intestinales. s. feces & corruptiones humoꝝ emundāt. 2ᵐ est quia diuertūt materias uaporosas elleuatas a materiebus corruptis intestinalibus. 3ᵐ est quia tempando calorem quietāt materias colericas & sanguineas si que a ptibus illis essēt apte ascendere uel facere alias ascendere & qa qn̄q̄ nō sufficit oleū roxatū ul' uiolatū cuʒ aqua soluʒ ordei quia feces & materie adiacentes non sunt multū apte ideo si cogeris ire ad clisteria fortiora nō tn̄ sint in gradu acutoꝝ sed lenientium ut clisteria que fiūt cū casia & decoctiōe blitis et sale sicut etiā Halibas docet ¶ Est sciendu; quod notāter dixi in principio uere frenesis quia si frenesis essēt nō uera pp materias in stomaco ul' pectore ul' intestinis ul' alibi poteris uti clisteribus lenibus uel acutis secundū qđ precipitur i capitutulis hoꝝ passionū & hic esset longū narrare. similiter si frenesis iam transiuit principiū & totū tēpus in quo de raptu materieꝝ timetur imo sicut uerbigratia in declinatiōe pōt cōtingere qđ qn̄q̄ indigebimus clisteriis acutioribus. Ad contraria dicendū cum dicitur. prio in pricipio frenesis possumus dare solutiuū. dico q coīter pcipitur in principio solutiuū lenitiuū ut cassia & similia. Et cum dicitur Rasis pcepit dare scamoneā. dico qđ illud ē coacte & irregulariter & sic ēt possimus uti clisteri acuto in principio. uel dicendum ut puto melius quod conuenientius potest da dari scamonea in principio frenesis ad phibedū raptū materie q̄ possit fieri clistere acutuʒ Ratio est quia scamonea assumpta p suā uim educit coleram sed clisteria acuta non habent potentiā educendi illā fortem & iō plus cōmouent q̄ educant ¶ Ad secundū dico quod i apostematibus epatis Ga. utitur clisteriis acutis cum sint in declinatiōe & alique materie sunt ibi igrossate uel indurate & si quis etiaʒ considerat clistere acutum cōmouet & inflamat & minus diuertit euacuando materias a pte capitis sed a pte epatis pōt diuertere potentius euacuādo ¶ Ad tercium dicendū quod colera faciēs sodaʒ temporalem in qua pcipitur clistere calidum. i. acutum est cū materia colerica grossa flegmati mixta & situata radicaliter in ptibus stomaci & tūc confert clistere acutum ¶ Ad quartū dicendū qđ non ē simile de obtalmia & frenesi cum in frenesi sit fortissima febris & magis timeatur iflamatio & incitatio materieꝝ ad fluxū ex clisteri acuto uel forsan ille sermo est intelligendus i obtalmia de materia grossa & non in colerica uel sanguinea subtili. hoc tn̄ disputauimus 3ª fen huiꝰ.

¶ ET TRAHE MATERIAM. Hic poit cu

ram p fricationē & p3.¶ Eſt ſciendu3.d.t. Iſte fricationes & ligature & infuſiones cū aqua calida poſſunt ne fieri anq̄ fiat flobothomia uniuerſalis uel debēt fieri omino poſt flobothomiam. ¶ Dicendū quod ſi neceſſitas eſt flobothomare & eſt poſſibile debet flobothomia p̄mitti.ſtāte eni multa repletione timendū ē ex iſtis ne materia agitetur pluſq̄ diuertatur ut dictū fuit ſup̄ in cap°.de cañ.generalibus & hoc ſi fricationes ſunt fortes & ligature ēt & alia.debilis autē fricatio & ꝓprie a longinquo incipiēs forſam nō ꝓhibebitur ante euacuatōe3.in hoc cadit extimatio ¶ Secūdo eſt dubitatio an iſte uentoſe debeant fieri cū ſcarificatiōe uel ſine.Dicendū q̄d illud ē ſecundū quod uides neceſſitatē euacuatōis in diuertēdo.¶ Tertio ē ſciendū quod littera que dicit.& ꝓprie in diſpoſitiōe deſenſiōis exponiť dupliciter.prio in pedibus pendētibus ut dicit littera extra & hoc ut meli⁹ trahatur materia.Alio modo exponitur.i.in declinatōe exacerbatōis uñ Alexāder loquēs de huiuſmodi fricatōibus ligationibus & infuſſiōibus extremitatū dicit. Sed oportet hoc fieri in declinatiōe acceſſionū.Et itel ligatur hic declinatio totū tēpus quietis q̄d etiā eſt tēpus ante aliū poxiſmū.nā illa eſt melius facere per que uirtus minus grauať & q̄n materia nundū ē in motu ad caput & ideo Raſis i p° cōtinentis octauo cap° dicit debet fieri añ prin^{us} poxiſmi & poſt eius declinationē & idem innuit Alexander.¶ Eſt ſciendū quarto q̄d grauitas fortitudinis febris aut multa fortitudo eius cu3 grauitate capitis inducit multā repletionē ſanguineam in capite frenetici & ideo oportet q̄d ponātur uentoſe in kelketu.i.in collo in prin° diſpoſitionis egritudinis.i.cu3 egritudo eſt in principio nō tñ ante flobothomiā ſed poſt ita q̄d una die poſſunt poni ſi apparet repletio multa & iō ſūt uentoſe cū ſcarificatiōe & h° eſt quod Haliabas ponit quinto pratice utaris autē flobothōia aut ſicia.prio ſecūdo aut tertio die.

¶ ET PRIMO INCIPE NVTRIRE.

DICITUR SIBARE demoniũ. Hic determinat de apostẽate substantie cerebri facto a colera adhusta & prio q̃tuz ad sui esse & causas. secũdo ponit signa. tertio ponit curam secunda ibi. Cuz sibare incipit apparere. 3ª ibi. Et ipsius quidẽ. Pria in tres prio notificat hº apostema secundũ se zº cõperando ad charabitum. 3º quod dixit declarat ibi 2ª. & cũ charabito ibi tertia. Nam cũ ipsa ad cerebꝝ ¶ Cõsiderandũ quod in hac diffinitiõe tãgiť nomẽ ex pte diffiniti quia dicitur sibare. i. mãia siue demoniũ a mane. i. demone & hoc est nomẽ accidentis. Nam sicut litargia & charabitus nomina sunt accidẽtis siue accidẽtalia ut sup̃ patuit ita ẽt sibare est nomen accidẽtis. zº hoc in diffinitiõe ponitur loco generis quia demoniũ põt fieri sine apostemate ita etiam sibare est nomẽ accidẽtis ut apparebit. 3º in diffinitione tangitur predicatũ cũ dicitur demoniũ superfluũ & ponitur hic loco generis. Nã demoniũ põt fieri sine apostẽate ut apparebit infra in fen 2ª huius. unde est genus ad sibare & ad alios modos manie cuius quedã est cãnina quedã lupina & quedã demoniaca. que uero ẽ demoniaca est uehemẽtior sumendo eam in specie quia aliq̃n demoniaca mania dicitur de canina & lupina sed demoniaca supflua est spes & est praua ualde in qua homo alienatur & furit & rixatur uehementer sine aliqua quasi intermissiõe & quietatiõe in mẽte. Tertio tãgitur loco differẽtie essentia passionis ad quaz hoc accidẽs cõsequitur qa accidit hº demõiuz cum sirsen calido. i. cuz apostemate substantie cerebri calido colerico. s. de colera adhusta. ¶ Considerandũ quod sirsen est nom̃ generale ad omne apostema cerebri sed sirsen calidũ dicitur de omni calido apostemate siue sit i paniculo siue in substãtia cerebri specialiter tam̃ supra sumebatur pro apostemate calido paniculoꝝ hic ergo sumitur sirsen pro apostẽate in cerebro & cõtrahendo sumitur pro apostemate calido substantie cerebri. ex q̇bus appet quod illius diffinitio põt sic cõponi. Sibare ẽ sirsen calidũ colericũ de colera adhusta cũ quo homo alienat alienatõe d̃moniaca & sic Auic. cũ ponit eã dicit assumẽdo textũ. Sibare est cũ homo habens sirsen alienet per demoniũ agitatiuum cã autem quare Auic nõ incepit statim

ab ista diffinitiõe sed premissit aliã continẽtẽ istam in alio modo loquendi fuit q̃a istud nomen est impositũ ab accidẽte et uidetur apud eos quod illa passio innotescat nobis multum per hoc accidẽs & ideo dixit sibare dicitur demoniũ sicut si dixisset charabitus dicit̃ alienatio &c̃. & sicut si dixissʒ litargia dicit̃ obliuio ¶ Considerandũ ergo quod qñq̃ utimur nomine sibare pro accidẽte qñq̃ pro apostemate qñq̃ pro utroq̃. ¶ Considerãdũ φ q̃a sibare fit a materia colerica adhusta tendẽte ad quãdam nigredinẽ & in hoc iste humor includit naturas pessimitatis colere & melãcolie. ideo alienatio facta ab hoc humore est pexima demoniaca agitatiua.

¶ ET CVM CARABITO. Hic notificat sibare cõpando ad charabitũ & cum hoc cõpat charabitũ ad eius accidẽs. Ad cuius itellectũ considerandũ quod charabitus purus dicitur ex duobus primo ex pte loci quia fit i solo paniculo. z° ex pte materie quia sit de materia sanguinea uel colerica pura. i. non adhusta dicit ergo cum charabito puro. s. duobus modis dictis simul fit alienatio & c̃. non tñ est ibi demoniuʒ quia demoniaca alienatio sequitur colericã que ẽ adhusta & que attingit substanciam cerebri. purus aũt charabitus nulluʒ istorum habet sed si cum isto charabito & non dico cum ipso puro quia esset cõtraditio est demonium ẽ sibare quia ẽ signũ quod materia illa colerica ẽ adhusta & quod ẽ ptingẽs apostema ad substantiã cerebri. ¶ Considera tñ hic diuersum modũ loquẽdi & supra. dicit. n. si est cum charabito demoniũ ẽ sibare supra uero dixit cap° de signis charabitus a colera adhusta est sibare & est quasi ipsa Cã huius diuersi modi loquẽdi est quia qñ charabitus est de materia colerica adhusta uel apostematio comunicat substantie cerebri & tunc fit demoniũ & est uerum sibare quia sibare ẽ demoniũ cũ apostemate substãtie cerebri uel tale apostema nõ extenditur ad substantiaʒ. sed homo habʒ demoniũ agitatiuũ pp colerã illã adhustã solũ apostemantẽ paniculos & tunc est quasi sibare & nõ pprie sibare. ¶ Ex quibus dictis apparẽt due diffinitiões. prima est quod sibare cũ charabito nõ ẽ aliud q̃ mania. i. demonium agitatiuum cõiunctuʒ cũ charabito & tunc uel est demoniũ sequẽs adhustionem preter hoc quod apostema cõicet substãcie cerebri & dicitur quasi sibare ut supra uel sequit̃ adhustionẽ & extensionẽ apostẽatis ad substãtiã cerebri & tũc ẽ uerꝫ sibare. ¶ Secunda diff.° ẽ φ uerus & pur⁹ charabit⁹ ẽ mᵉia. i. aliena° cõposita cũ apate calido & cuʒ febre hec ergo alienatio charabitus puri & ueri nõ est demoniaca. ¶ Considerandũ z° φ Auic. cõpat accidẽs ad suam passionẽ quia. s. apostema & uult quod in ipsa sibare est quandoq̃ talis ordo quod primo uenit accidens. s. demonium & postea sequitur etiã apostema & febris sequẽs apostema. Dicit ulterius quod nõ fit sibare. i. demoniũ. s. cum charabito uel non fit sibare. i. nõ fit charabitus de quo dicimus quod ẽ sibare nisi cum charabitus est a colera rubea pura & adhusta. ¶ Considerandũ qđ purꝫ ab Auic. qñʒ est idem quod nõ adhustũ & hoc modo non sumitur hic uel purꝫ. i. non mistũ sanguini & sic sumitur hic. ¶ Debʒ. n. illa colera que facit domoniũ agitatiuuʒ esse adhusta tendens ad nigredinẽ melencolicã & debet esse non mista sanguini. mistio eiʒ eius cũ sanguine tempat eius malitiã & nõ faceret demoniuʒ prauũ. bene ergo dixit pura & adhusta.

¶ NAM CVM IPSA. Hic declarat que dixit. s. quod aliquãdo ãtecedit demoniũ in sibare & post fit apostema & extendit Auic. sermonem ut magis declaret sibare.

¶ EST PRIMO dubitatio quia in textu uidentur cõtraditiones. primo eniʒ dicit quod colera adhusta in prin° sue applicatiõis. s. ad substantiã cerebri facit puenire demoniũ. et post ipm puenit apostema. Et iferius subdit qđ i sibare apostema & demoniũ pueniũt simul. ¶ z° est cõtradictio. q̃a prio dicit & ẽ. s. apostema cã sibare. i. causat sibare & post subdit Neq̃ unũ eorꝫ est cã alterius. g° uult qđ apostema nõ fit cã sibare. Hoc aũt uidet̃ mãifeste falsum. P° q̃a accidẽs sufficiẽter cãtur ab egritudie. Sʒ demoniũ ẽ accidẽs apostẽatis ex materia colerica adhusta g° apostẽa sufficienter cãbit h° demoniũ. ¶ z° q̃a materia colerica adhusta p solã applicatiõeʒ ad substãtiã cerebri fac̃ demoniũ. g° apostẽa ex hac materia mᵗto magis. ¶ 3° dubitat̃. q̃a dic̃ qđ i charabito đmonium est accidẽs sequẽs. Sed cõtra. accidẽtia charabiti. prio puenĩunt. & postea fit egritudo. ut supra. ¶ Ad intellectũ horꝫ cõsidera qđ sibare ẽ duplex. Vna nõ sic pprie. ut ẽ sibare dicta charabitus. s. qñ charabitus ẽ de materia colerica adhusta apostemãte soluʒ paniculuʒ. lʒ possit extẽdi ad substãtiã đ qua dixit Auic. supra. c. de charabito & de qua dicit hic Et si cuʒ ipso ẽ demoniũ &c̃. licʒ ẽt hic loquatur de sibare cum charabito qñ apostema extenditur ad substantiã cerebri. Alia ẽ sibar̃ pprie dicta. q̃ fit ex colera adhusta apostemante substãtiaʒ cerebri. & hanc sibare hic pprie Auic. inuestigat cum dicit. nam cuʒ ipsa. Ad huius ergo intellect. i cõsidera quod ista sibar̃ pprie dicta determinatur siue cõditionat̃ ex

quatuor.ſ. ex loco ex materia ex accidēte & ex ordine ad ſuū accidēs. Pria ſua conditio eſt ex loco quia ē apoſtema ſubſtātie cerebri. Et in hoc differt a charabito. qa ē apoſtēa paniculoꝝ. ¶ Secunda cōdi° eſt ex materia. qa eius materia ē colerica adhuſta trahēs ad nigredinē. Et in hoc ut apparuit differt a duobus ſpeciebus charabiti puri. ſꝫ cōuenit cū charabito tertie ſpeciei. qui nō pōt dici ſic pur⁹ charabitus ut apparuit. ¶ 3ª cōditio ē ex accidētibus qa hēt pro ſui accidēte demoniuꝫ agitatiuum ultra. uł⁹ pluſq̄ ſit aliqđ demoniū uel aliqua mania. Et q̄tum eſt in hoc accidēte cōuenit cū hac tertia ſpecie charabitus. qa ēt in charabito de materia adhuſta colerica demoniū eſt accidens ut ſupra apparuit. ¶ 4ª cōditio eſt ordo accidētis ad egritudinē. ſ. demonii ad apoſtēa. ¶ Ad cuius intellectū cōſiderandū qđ differt materia colerica adhuſta que apoſtemat paniculos & facit charabitū a materia colerica adhuſta que apoſtemat ſubſtātiā cerebri & fac̄ ſibare ꝑprie dictū quia illa que paniculos apoſtemat cū incipit moueri ad apoſtemadū āte quā inchoet apoſtema nō facit demoniuꝫ ſiue maniā. Et hoc qa talis materia diſtat a ſubſtātia cerebri ex ꝑtibus in q̄bus uigēt uirtutes ex quaꝝ forti leſiōe fit demoniū. Sꝫ cuꝫ ip̄a apoſtemat ſubſtantiā cerebri pp uehementiā paſſionis tunc facit demoniū. & hoc ē qđ Auic. dicit. in charabito de colera adhuſta ē demoniū accidēs ab apoſtēate. ſꝫ materia adhuſta que apoſtemat ſubſtantiā cerebri. cuꝫ in ea mouet̄ anteq̄ apoſtemet pp ſuā ꝓpinquitatē ad loca ſpirituū facit demoniū. Et hoc ē qđ Auic. dic̄ in prin° ſue applicatiōis facit ꝑuenire demōiuꝫ .i. in prin° cū applicatur ad ſubſtātiam cerebri anteq̄ apoſtemet facit demoniū. Et hoc nō cōtingit de materia colerica adhuſta applicante ſe ad paniculos. qa anteq̄ apoſtemet non facit demoniū imo poſtq̄ apoſtemat & facit charabitum. & ideo in charabito demoniū ē accidēs ab apoſtemate. ſꝫ in uera ſibare ē accidēs ante ap̄a. ¶ Ex q̄bus dictis appet expoſitio tex. & ſolutio ad cōtradictiōes ꝑmiſſas. Et p° appet ſolutio ad tertiā cū dicitur qđ accidētia charabitus precedunt. ¶ Dicendū qđ ueꝝ ē accidētia cōmunia. ſꝫ ꝓpria ſequuntur. ¶ Cōtra qa ſup̄ dixit. ꝙ antecedūt accidētia inſeperabilia. ¶ Dicendū quod dicūtur īſepabilia quia ſēper ī oībus inſunt. tñ cū hoc ſunt cōia. quia oībus aliis ſpēbus inſunt ſicut uerbigratia alienatio abſolute. ¶ Vel dicendū aliter quod demoniū cū ſit agitatio uehemēs ualde non ē accidēs niſi ſequēs in charabito & non eſt añcedēs. ¶ Sed tu dicis illa colera adhuſta añq̄ faciat charabitū nōne faciet alienationē. Dico ꝙ ſic ſed nō demoniacā. ¶ Ad ſolutionē ſecunde uel prime cōtraditiōis ē cōſiderandum quod materia colerica adhuſta impulſa ad ſubſtantiā cerebri qn̄ꝫ prius facit demoniū q̄ apoſtema & qn̄q̄ ſimul facit utrunq̄ quia ſimul ap̄at & fac̄ demoniū. Hoc aūt pōt accider̄ ſic̄ accidit ī ꝑtib⁹ nr̄i corpis extrinſecis. uerbigr̄a circa manū. Sanguis eiꝫ pulſus ad manū qn̄ꝫ ſparſim mouetur ī ꝑncipio & nō apoſtemat ī ꝑncipio ſui curſus & poſtea apoſtemat. qn̄q̄ autem in principio ſui curſus apoſtemat. ita materia colerica adhuſta mota ad ſubſtāciaꝫ cerebri qn̄ꝫ ſparſiꝫ mouetur & inficit nō apoſtemādo in prin° & tñ facit demoniuꝫ in hac applicatione & poſtea illa materia ē poſſibile quod apoſtemet. Et hoc eſt quod dixit ſup̄ & multotiēs añcedit in ipſa ſibare demonium deinde ſuccedit apoſtema multotiens ergo .i. qn̄ꝫ & multis uicibus accidit. ſed nō ſemp. Similiter materia colerica adhuſta poſſibile eſt quod ſicut mouetur ad ſubſtantiā cerebri ita apoſtemet. & tunc fit ſimul apoſtema & demoniū & unū nō ꝑcedit alterū. ergo poſſibile ē quod demoniū ꝑcedat apoſtema & poſſibile eſt quod ſimul fiant. Et iō dixit Auic. cū ipſa colera adhuſta ad cerebꝝ īpellitur cū principio ſue applicationis. ſ. ad ſubſtantiā cerebri facit ꝑuenire demoniū & cū ipſo demonio ꝑuenit apoſtema qn̄. in ipſa īpulſione apoſteāt aut poſt ipſū demoniū ꝑuenit apoſtema qn̄ ī ip̄a īpulſiōe huiuſmodi colere & applicatione ad ſubſtātiā cerebri nō apoſtemat ſed poſt g° ꝑuenit demoniū añ apoſtema. Et ſic oꝫ quod textus componatur ſed ī charabito nūq̄ demoniū fit añ apoſtema ſed accidit ab apoſtemate. Materia eiꝫ adhuſta colerica in ꝑncipio ſue applicationis ad paniculos cerebri & ꝑprie ad durammatrē non pōt facere demoniū niſi paſſio fiat uehemēs & cōicet nocumentū ipſi ſubſtātie cerebri. Ex hiis dicendū ad formam cōtraditionis. Cuꝫ .n. Auic. dicit quod prius ē demoniū & poſt apoſtema intelligit qn̄ꝫ hoc eſſe. Cuꝫ aūt poſtea dixit apoſtema & demoniū ꝑuenire ſimul a materia colerica adhuſta intelligit ēt qn̄ꝫ hoc eſſe. Et illud Auic. īnuit ī duobus modis loquēdi. Primo ī eo quod ſup̄ dixit & multociēs & nō dixit ſemp. Secundo in eo quod dixit & cū ipſo demonio aut poſt ipſuꝫ demoniū ꝑueniunt ſimul exponat̄ qn̄ꝫ ꝑueniūt ſimul ne littera cōtradicat. ¶ Tertia cōtraditio dupliciter tollit̄. p° ſic Propter qđ ſciendū quod demoniū & ap̄a ꝑuenire ſimul a materia pōt dupliciter intelligi. uno modo ſimul in tp̄e & hoc mō non ē ueꝝ ſemp ſed qn̄ꝫ ut iam ē dictuꝫ. Alio mō ſimul non in tp̄e ſed īmediate a cā quia īmediate ab una cā ſiue in

uno tēpore ꝑueniāt siue in diuersis. Et h° mō simul ꝑueniūt a colera adhusta demoniuȝ & apa. Nā si precedat demoniuȝ & fiat postea apa. demoniū nō ē causa causans apostema. Similiter si fiat a colera adhusta apostea & demonium simul tñ demoniū nō ꝓducit ab apostemate. sed īmediate a colera adhusta. qa nō existēte apate illa colera producere posset demoniū. sicut nō ꝑexistēte demonio posset illa colera ꝓducere apostēa. g° apostema et dmoniū sunt quedā effectus imediate ꝓducti a colera adhusta stāte ī substātia cerebri. nec unū de istis ꝓducitur mediāte alio sicut mediāte causa necessario interueniēte. Sūma hui⁹ proprie solutiōis stat in hoc sibare que ē passio substātie cerebri. tam sibare. i. alienatio demoniaca q̄ apostēa fiūt a colera adhusta nec requiritur qđ ut colera adhusta faciat apa ꝑcedat sibare. ita qđ sibare sit apostematis causa qa possunt simul fieri. nec ad hoc qđ fiat sibare ꝑcedat apostema. & si non sit apa fit q̄nq̧ sibare ex applicatiōe melācolie adhuste. non apantis. Vnū g° istoꝝ nō ē cā alterius. lȝ unū possit alteri addere. sed in karabito apa pōt dici cā sibare. i. demoniace alienatōis. ex hoc quod illa colera adhusta nō facit demoniacā alienatiōeȝ nisi apostemet. ❡ Sed tu diceres. pone qđ tāta colera adhusta q̄ta apostemat paniculuȝ nō apostemaret. sed staret ibi. nonne faceret dmonium. ❡ Dicendū quod forsan nō. uel qđ sic. sed de facto accidit qđ apostemat utplurimū Tunc ad formā cōtradictiōis cū dicit̄. Auic. dicit & ē apostema cā sibare. Dico ꝙ dȝ expōi & est. s. colera cā sibare. et nō dȝ expōi est apa Et hoc dicit littera extra. & tunc uerificat̄ ēt qđ dicit unū eoꝝ. s. demōii & apostematis nō est cā alterius qa ī sibare. nec demoniū causat apa. nec apa cāt demoniuȝ. y° colera adhusta causat illa ābo. Non eni reqrit̄ ī sibare adesse demoniū quod sit. siue ꝑsit apa. nec ad apostema qđ sit. siue ꝑsit demoniū. sed in charabito ad esse demōiū. reqrit̄ necessario ꝙ sit apostema. saltē ut cōcurēs ymo nisi. materia apostemet non faciet demoniū ergo bene dixit etiam supra qđ demonium ī charabito ē accidēs ab apostēate. Ad rationes dicēdū qđ rōnes cōdudut ueꝝ. s. ꝙ materia colerica adusta apostemās facit demoniū & hoc est uerū. tamē illđ demoniū ꝑuenit a collera adusta etiam si non esset apostemans ❡ Secūdo modo soluitur contradictio Propter ꝙ ē sciēdū qđ cause efficiētes quedā sunt de nouo ꝓducentes effectū & ille dicūtur iueniētes uł in ueniēdo causantes. Quedā autem sunt addētes super aliquo uel etia conseruātes. Hāc distinctioneȝ causaꝝ Auic. innuit prio cañ. fen. 2ª primo ca°. cum dicit dicem⁹ qđ cāe etc̄. Demōiū ergo et apstēa in sibare sic se hñt. qđ unū nō est cā effectiua alterius. s. quia efficiat de nouo iueniedo. Apostēa ergo a colera adhusta existente in substātia cerebri non facit demoniū in ueniēdo. quia potuit presse demoniū anteq̄ apostēa. Et tūc cuȝ demoniū preest. et post sequitur apostēa dicimus quod apostema causat demoniuȝ addendo ad demoniū ꝑexistens. Similiter etiam qn̄ colera adhusta statiȝ cū applicatur ad substantiā cerebri facit apostema & demonium tūc demoniū nō ē cā apatis posset tñ addere ad apa quia rixa & furia pñt esse causa additionis in eo & hoc ē quod dicit nec unū eoꝝ ē cā alterius ex quo aliud inueniatur & si q̄nȝ fiat &c̄. Cum ergo dixit supra quod apa est cā sibare. i. demonii uolendo obmittere litterā extrinsecā debet intelligi quod apostema ē cā addens ad sibare nō tñ quod ad nouā & totalem ꝓdutionem sibare. i. demonii requiratur apa. Nec ad nouā & totalē ꝓdutionē apatis reqritur demoniū sed unūquodq̧ pōt addere ad alteꝝ. In charabito aūt de materia colerica adhusta ad ꝓdutionē totalem demonii requiritur quod sit apostema. Non eim ꝑcedet demonium añq̄ sit apostema sed cū apostemat materia tūc facit demoniū ergo apostema est sicut cā necessario concurrens in charabito ut demoniū fiat si cōsideras ē plus concurrens in rōe signi significantis uehementiā cause q̄ i ratione cause ꝓductiue. Cunq̧ sibare. Hic poit signa & primo ponit signa sibare pure. 2° nō pure. ibi 2ª & q̄nȝ. Prima i duas. primo poit signa ꝑncipii & augumēti. 2° signa status. ibi 2ª. deinde cuȝ sistitur. Dicit ꝑmo &c̄. Vigilie ꝓlixe pp fortem sicitatē Somnus iquietus licet ꝑpter multas cās notas hoc eis accidit tñ ꝑpter timorē ex terribilibus somniis multū hoc fit. Et excitatio. i. agitatio & inquietudo. Alias cōscitatio pp aliquos uapores. Spiritus. i. hanelitus magnus ꝑpter multā necessitatē & frequēs ꝑpter eandeȝ cām. Sed tu diceres quare ī frenesi ē rarus ut supra dicebatur & in sibare ē frequens. Dicendum quod maior flāma cordi cōicatur in sibare q̄ in charabito ꝑpter ꝓpinqtatem & pp multā iflamationeȝ ī substantie cerebri cuius ē refrenare cordis calidum ut supra 2° cap°. Obliuio quia species non iprimūt & iō non respondent secundum interrogata. Oculi &c̄. ꝑpter multā flāmam Agitacio pp calidū & sicuȝ. Grauitas in eis. s. oculis ꝑpter debilitatē & hoc magis i ꝓcessu uel in eis. i. corporibus eoꝝ quasi lippi. i. qua si habentes lippitudinem quia est lippitudo sica pp defectū digestiue fit lippitudo & calor & sicitas eam exicāt. Citrinitas dictum est

supra de erisipila. Et fit aput spondiles .s. colli cām ponit ipse. Et aliqui dicūt quod illa extensio ē spasmus de inanitione. Decursus lacrimarū ꝑpter defectum cōtentiue. de hoc supra ꝑlixius diximus in duobus locis. Deinde cū sistitur. hic ponit signa i statu Induratur .i. ultime fortificatur. In postremo .i. ꝑpe mortē. Quiescunt &c̄. quia non mouēt. Et grauitas Ex hᵒ uult quod difficulter mouent si mouēt Alia. si gnā sunt nota ex dictis supra .c. de signis charabitus. ¶ Et quandoq fit. Diceret aliquis. nō uidetur ꝙ aliqua sibat sit pura quia colera adhusta sapit naturā duoꝝ humoꝝ. ¶ Dicēdū quod ñ dicitur pura ex hoc. sed quia nō mista ē eius materia alteri humori. Cū gᵒ miscetur colera adusta sanguini aut flegmati. tunc dicitur sibare ñ pura. ¶ Et si cōsideras .i. sibare potest fieri demoniū. q̄uis colera adhusta ñ sit pura. & hoc ꝑpter mobilitatē partis. & ꝑpiqtatē ad loca uirtutū moraliū. Sed i charabito ñ fit d̄moniū nisi colera sit pura adhusta ut supra posuit. qa pāniculi cerebri nō sunt sic nobiles. et ꝑprie duramater. ut supra dixim⁹ Quādo gᵒ materia sibare ē mista. tūc diuersificanē sermones &c̄. qa nō puri furiosi ꝑ riso xi. s; secūdū diuersaꝫ ipſſiōꝫ diuersoꝝ humorū fit diuersitas i sermonibus. & alienatione.

¶ ET IPSIVS QVIDEM. Hic ponit curaꝫ & iam apparet ex .c. de charabito qd fienduꝫ de flobothomia & farmacia & aliis. Cum additiōe in humectādo .i. cū fortiori humectatione quia colera est sicior pp adhustionē & cōplexio partis indicat hoc Extremoꝝ ligatio ut fiat diuersio & ad sedandū agitationem eorū demoniacam.

LITARGIA DICITVR. Supius Auic. determinauit de apostematibus cerebri calidis que dicūtur sirsencalidi. Hic determinat de apostematibus frigidis siue sirsen frigidis. Apostemata autē frigida sunt flegmatica. & melācolica & aquosa. Prio gᵒ determinat de flegmaticis & aliqd dicit de melācolicis. zᵒ determinat de aquosis. ibi zª. qm̄ q̄nq ¶ Vel alr̄ quod prio determiat de apostēatibus intrinsecis. zᵒ extrinsecis. zª ibi. q̄nq accidūt. ¶ Determinat ergo in hoc capᵒ d̄ apostemate frigido quod dicitur litargia. siue obliuio ut dic̄ ꝑ͛ica Et prio determinat de eo q̄tum ad sui esse & cās. zᵒ ponit signa. 3ᵒ curā. zª ibi soda. 3ª ibi si nō fuerit. Pria in duas. prio notificat hoc apaper sui diffinitionē. zᵒ p cās & i hᵒ inuit suas species. ibi zª. & ꝙ qdā medici. Prima in duas primo ponit diffinitioneꝫ. zᵒ eā declarat. ibi zª & plurimū. ¶ Considerādū circa primā ptē qd̄ Auic. loquitur caute cū dicit dicit̄ et nō dicit est. qa sumitur hoc nomen ab accidente qd̄ est obliuio. sed per uiā ꝑmutatiōis hoc nomē significat passionē. s. apostēa & ideo nō est a postēa de sui primo & uero sīgficato s; dicit̄ ¶ Considerandū zᵒ qd̄ hic ponitur genus apostema. zᵒ ponūtur differētie flegmaticū. Et i tra &c̄. i. sub craneo & iō uel icerebro .i. i substantia cerebri uel i paniculis & ē &c̄.

¶ ET PLVRIMVM ¶ Hic declarat diffinitionē ꝑdictā & pᵒ q̄tuꝫ ad aliqd̄ dictū ex pte diffinitiōis. zᵒ q̄tū ad diffinitū. zª ibi & hec qdē. Pª in duas. pᵒ premittit qd̄ intēdit. zᵒ ꝑbat. zª ibi quoniā. quod aūt ꝑmittit est declaratio eius quod dixit intra craneū. In hoc eiꝫ cōfuse posuerat locū huius apatis. ¶ Dicit ergo qd̄ intra craneū sunt quatuor loca. s. paniculi corpus cerebri & meatus siue cōmissure substātie cerebri. de qbus dicit Auic. supra caᵒ zᵒ h⁹ fen. Et uentriculi ¶ Hoc ergo apostema fit i meatibus substantie cerebri secundū plurimū Absq &c̄. i. raro aūt fit in uelaminibus &c̄. Qm̄. hic ꝑbat. pᵒ p rōeꝫ. zᵒ p similitudinē. ibi zª. sicut etiā ¶ Dubitatur circa primā ptem quia Auic. uidetur defectiuus. debet .n. ꝑbarē quod hoc apostema flegmaticū non fiat in paniculis nec in substātia nec in uentriculis. & p cōsequēs quod fiat i meatibus. Et ipse solum ꝑbat quod nō fiat i paniculis nec in substātia & non ꝑbat quod non fiat in uētriculis ¶ Dicēdum quod cū materia litargie sit flegma secundū ueritatē & ipsuꝫ flegma non possit penetrare in paniculos ꝑpter duritieꝫ nec in substantia ꝑpter uiscositatem substātie cerebri & uiscosum nō bene penetratur a uiscoso nec in uētriculos quia tūc essꝫ appoplexia uel epilēsia. Seqtur quod fiat ex flegmatica materia penetrāte i cōmissuras cerebri siue i anfract⁹ & meatus Et quia notuꝫ erat quod materia flegmatica occupās uētriculos facit appoplexiam uel epilensiā & non litargiā. Ideo Auic. hoc obmisit. Sicut ēt primo facit hᵒ zᵒ remouet dubiū. zª ibi. licet In suo exēplo solū declarat quod hoc apostema non fit i paniculis sicē pleuresis cū sit passio mēbri duri. s. paniculi fit ex colera & ñ ex flegmate &c̄ ¶ Licet. Hic remouet dubiū ne credatur quod litargia nō possit fieri ex apostemate flegmatico i substātia & in paniculis cerebri. Hoc .n. ē possibile. licet rarū. Et iō dixit quod illud .s. quod dictuꝫ est de apostemate flegmatico amboꝝ .s. panniculi & substātie cerebri possibile ē ut fiat in paucis .i. raro. Possibile .n. est ut cadat hᵒ apa .s. flegmaticū dictū litargia. Cadat .i. eueniat in substātia &c̄.

¶ ET HEC QVIDEM. Hic declarat ul' exponit diffinitum quod est litargia & de

clārat qd ē hoc nomē. ¶ Considerandū quod ex mēte Auic. litargie nomē accipitur dupliciter. s. pprie siue spēaliter & tūc idem ē quod obliuio sequēs apostema frigidum cerebri & ut sic illud nomen sumitur ab accidente illius apostematis. Alio mō sumitur hoc nomen litargia large siue generaliter & tūc significat obliuionē a quacūq; cā sit & ut sic determinatur a quibusdam de ea sicut si esset egritudo per se. ¶ Et isti medici errāt quia litargia ē obliuio ab apostemate frigido & ipsi credunt qđ obliuio illa dicta litargia sit egritudo per se. ¶ Considerādū φ medici qui i hᵒ errauerunt fuit Azararius ꝓpe q fecit capl'm đ obliuiōe siue de litargia reducēs in hᵒ omēs causas obliuionis. Et Aliabas aliqualiter determinās đ litargia uidetur determiare đ ea ut ē obliuio generaliter Auic. tamē uult qđ ꝓpe litargia nō sit quelibet obliuio. sed illa que sequtur apostema frigidū cerebri. ¶ Et qdē. hic iuestigat cās litargie & primo causas intrinsecas zᵒ extrinsecas. ibi zª & hec. Prima in duas. pᵒ ponit eius cās i se zᵒ comparatiue. ibi zª et huiusmodi ¶ In prmia parte innuit quod duo humores faciūt hoc apostēa. s. flegma & melācolia ꝓpe tñ flegma quia hic humor ꝓprie facit obliuionem ꝓpter frigiditatē et humiditatē q̄ ambo cōtrariantur memorie directe ut infra apparebit. tñ tu nomina ut uis. & hᵒ est φ dicit et qdā medici. s. Rasis in diuisionibus. ¶ Considerandū autē quod si pmissa inspicimus possumus accipere quot sunt species litargie. Nam si distinguūtur ex pte cāe sunt due. s. flegmatica & melācolica. Si aūt distinguūtur ex pte ptis in qua fit tunc sunt tres species. quia uel fit in meatibus substātie cerebri. & hoc ē utplurimū uel fit in paniculo uel in substātia & hoc est rarꝰ. In uentriculis autē nūq̄ fit. qa tūc est apoplesia uel epilensia. Possunt ēt distingui ex pte loci. qa uel fiūt in posteriori cerebri. & hoc ē utplurimū uel in anteriori uel i medio. Et huic diuisiōi Auic. cōsentit qñ absolute dicit qđ fit hoc apostema in meatibus cerebri ¶ Amplius ptes cerebri anteriores & medie possunt apostemari apostemate frigido. Tunc quero quod erit nomē illius & in quo capᵒ cōtinetur. manifestuz est qđ in capᵒ đ litargia. ¶ Sz tu diceres quomō ad apostema ptis anterioris cerebri & medie pōt sequi obliuio ¶ Dicendū qđ hoc ē p uiaz comunitatis. Etiā secundū Auic. in pte añriori est aliqua uirtus conseruatiua. ¶ Considerandum etiā qđ ex omnibus premissis accipimꝰ quod illa tria nomia sunt posita ab accidēte. s. charabitus sibare et litargia. tñ secundū ꝓpꝰz usum significāt apostemata ad que accidētia dicta sequuntur. Et huius quidē. Hic considera qđ materia sadur. i. scothomie uel uertiginis est materia uaporosa surgens a flegmate utplurimum ut apparebit infra. Et qa uapor flegmaticus uel melācolicus habet de natura flegmatis & melācolie. & sic ēt de uapore aliis hūoris. iō dic φ materiei sadur ē ꝓpiin qª. s3 qa materia faciēs litargiā ē i forª hūorali que est. qd magis fixū & firmū q̄ uapor. iō dixit s3 ē uehementius cōfirmata. i. ē fixior. qa sua materia fixior ē. s. flegma i forma hūorali ¶ Ex qbus dictis appet solutio ad qōnes que đ litargia cōsueuerūt moueri. & pᵒ i qua pte sub craneo frequētius fiat quia Auic. hanc determinat. Secundo an possit fieri in quolibet loco. s. ante & post quia dictū est quod sic. 3ᵒ in qua pte plus fiat an ante an post quia dicendum quod post ut pōt apparere ex dictis in capᵒ. de charabito sicut. n. charabitus frequentius fit in pte anteriori cerebri ita litargia frequētius fit in pte posteriori. Vnde septima ꝑticula amphorismoꝝ sup illo āphorismo in litargico. Dicit cōmentator quod litargia est apostema pupis cerebri ex materia flegmatica. 4ᵒ quot sint spēs eius & iam apparet. Quinto de quo humore plus fiat quia de flegmate Et quia hec oīa ex dictis nota sunt. iō nō curo de unaquaq; qōne in ꝓprio titulo disputare. ¶ Et hec quidez. hic iuestigat cās extrinsecas litargie. ¶ Cōsiderandū quod cepe hēt duas ptes quasdaz grossas ex qbus generatur flegmaticus humor & quasdā acutas que faciūt uaporare & calore iuuant ad putrefaciendu3 Flegma ergo generatum a cepis habet qđ ad caput uaporet uel fluat & penetret & corum pat; ergo comestio cepaꝝ plurimu3 generat litargia. ¶ Et generatur a repletione nimia stomaci. s. que facit fastidiū quia talis ē repletio flegmatica. Et dicit hᵒ ad differentiā repletionis stomaci faciētis mordicationem que potius faceret charabitū non uerꝰ quia illa repletio ē colerica. Et multitudine potus. s. aque q̄ ifrigidat & ducit ad flegmatis multiplicationez & multitudine ēt potus. s. uini quia p uiā suffocationis calidi uinū generat egritudines frigidas ut zᵒ de accidēti & morbo & problematū 3ª. qnto. & uigessimo ꝓbleāte. Et multitudine cōmestionis fructuu3. s. frigidoꝝ & humidorum.

SODA &c. Hic ponit signa & pmo ponit signa que eā significant. zᵒ signa que ꝓnuntiāt eam futuram. 3ᵒ ponit signa significātia salutez uel mortē i ea. zª ibi. ex signis aūt incessus. ibi 3ª. cunq;. Prima in duas. primo ponit signa litargie secundū diuersitatē materiei zᵒ

secundū diuersitatem partis in qua fit.ibi zª. & cum litargia ē in substātia.Prima in duas primo ponit signa litargie qñ materia ē flegmatica.2° qñ est melencolica.ibi zª qđ si melancolicū.Prima in sex sicut i summa sex signorū uarietates ponit.primo poit sigª a dolore & qualitate mutata.s.a.fe.z° ponit sigª a quibusdā actionib⁹ mutatis.3° ponit signa ab hanelitu & dispōe ptium oris.4° ponit signa ab exeuntibus.5° ponit signa a situ.6° pōit signa a pulsu.ibi zª.& fit cū ea subet.ibi 3ª. & spūs ibi 4ª.& egestio.ibi 5ª.& sunt cū diuersitate. ibi 6ª.& pulsus.¶ Dicit primo qđ signa eius sunt soda leuis.hoc est pp locū qui distat a paniculis.& pp materiā frigidā que non facit sic forte dolorē ut calida.ut supra declaratū est. & febris lēta.Primo Auic.pbat qđ sequatur febris qa in omni apostēate.s.pncipalis mēbri facto ab hūore putrefacto.ē necessaria febris Et tu suplo minorē ppōnem.sed litarg a est a postema pricipal mēbri.ut cerebri ab hūore putrefacto qa illud flegma cuȝ sit ibi pter naturā oportet qđ putrefiat.g° i omni litargia sequitur febris.Maior est nota qa apostēate de materia putrida existēte in pricipali membro oȝ quod putrida caliditas cordi comunicetur.¶ z° Auic.pbat quod sit lēta qa materia est flegmatica.imo dicit qđ qñq ē ita lēta qđ nō sentit.hoc cū in illo flegmate ē pauca putredo.Et ideo si nulla essȝ ꝙ raro cōtingit nō essȝ febris ꝙ dico pp Aliabba.quito prat.¶ Et fit Hic ponit signa a quibusdā actiōibus mutatis Causa hoꝝ ē qa due qualitates sunt ibi facientes.subeth & obliuionē.s.frigiditas et humiditas.Et spūs.i.ahelitus puus &c̄.pp obtusionē caloris ab humiditate & frigiditate flegmatis Et fit quasi cōstrictura.pp materiā que cadit in guture.Vel pp agrauationeȝ a materia.Vel pp obliuionē uolūtatis anhelandi.Ex quibus apparet quod est puus.Si eni est debilis opȝ qđ sit puus.& sumitur prio cōtinentis septio cap°.Cum sputo pp materiā flegmaticā cadētem a cerebro.Et multa ositatiōe pp uapores a flegmate eleuatos.cōmūicatos musculis mādibulaꝝ.Et apertōe oris qñq et ipius clausione.s.qñq & hoc pp obliuionē claudēdi cū est apertū & aperiēdi cū est clausum.Singultus pp comunitateȝ stomaci.s. ex flegmatica materia que in os stomaci penetrat.Et ex flegmate dealbatur lingua.¶ Et pigritia &c̄.¶ Commistio intellectus.i.stoliditas.que quomodo fiat dictū est supra illo cap°.Visum est Gal. & forsaȝ qđ uapores flegmatis putridi sunt cā pmistiōis intellectus.i. alienatiōis.lȝ fit alienatio cū quiete.¶ Et egestio cū est cōmunica° materiei flegmatice ptibus illis.Descendit eniȝ per collatoriū & cōmunicat stomacho & etiā epati.etiā uapores a flegmate putrido eleuati possunt cōmunicari uenis & partibus urine. Ex q° apparet cā quare cū in frenesi materia ascēdit caput urina nō inficit a colera & cū i litargia flegma ascēdit urina ificit a flegmate. ¶ Dicēdū ꝙ flegma pp multitudinē et aptitudinē descensus & pp grossos uapores ab eo eleuatos aptos teneri et n̄ exire ificit urinā i litargia.Colera aūt i frenesi nō propter cōtrarias causas.¶ Quidā tamē dixerunt qđ i litargia deuiante flegmate a uiis urine surgūt sanguis & colera & tingūt.hec tñ cā posset reprobari cum tinctura sanguis & colere nō faciat urinā similem urinis asinorū.licet illud etiam possit contingere.Et qñȝ accidit tremor ꝑpter motū flegmatis ad neruos & hoc est malū litargia manente.significat.n.exhuberātiā materiei & debilitatē uirtutis.unde p incōtinētiam fluit ad neruos ut i cōmento amphorismi ꝑallegati septima pticula & a Serapiōe cap° de litargia & sudor extremitatū & hoc fit uel ꝑpter expulsionē grossoꝝ uapoꝝ flegmatis.aut pp defectū cōtentiue in eis deficiente calore p uiā suffocatiōis sicut qñȝ accidit qbusdam sincopizātibus.¶ Et sunt. Cōsidera quod frētici qa alienātur cū rixa quousq pseuerat uirtus in eis querūt surgere & erigere se uersus caput lecti sed litargici ꝑpter aggrauationē & mollificationē iductaȝ a flegmate pcipitātur uersus pedes.Et hoc ē quod Auic.hic intendit & ē sermo Rasis pmo cōtinentis septio ca° auctoritate yp.dicētis & litargici semp declinant in lecto uersus pedes & frenetici uersus caput. ¶ Et pulsus.Dubitatur an litargicoꝝ puls⁹ sint magni.uidetur quod non quia hanelitus debēt esse pulsibus ꝑportionabiles ut in thegni tractatu z°.Sed hanelitus eoꝝ est paruus ergo & pulsus.Amplius pulsus litargicoꝝ ē debilis ut Ga.in cōmento pulsuū libro quarto comēto.xii.ergo erit paruus uel non magnus ut suitur ex doctrina Ga.in q̄pluribus locis ibidem & ab Auic.pmo cañ.fen zª capitulo de causis pulsuū cōtētiuis.¶ In cōtrarium est Auic.hic & Ga.ibidem.Dicendū qđ litargia cum sit apostema cerebri prius hēt impedire hanelitum q̄ pulsum & iō molificādo neruos & obtūdendo calidū facit hanelitū paruū debilem & raꝝ.¶ Sed tu diceres respectu cuius dicitur hanelitus puus rarus &c̄.¶ Dicenduȝ quod respectu triū.primo quidem paruitas & debilitas ē respectu eius quod erat in sanitate.Raritas aūt si sit lenta febris forsaȝ erit respectu sani hanelitus.¶ Et in hoc ē cōsiderādum quod oȝ ymaginari quod plus iducit ad raritateȝ obtussio caloris a flegmate q̄ ad fre

quē etiā necessitas euentationis a calore febrili uel rarus & tardus respectu magnitudinis. 2° illa cōparatio de hanelitu pōt fieri ad hanelitū pipleumonicorum & esset sermo minoris ambiguitatis. 3° pōt fieri cōparatio ad pulsū uel posset dici quod isti sermones sunt absoluti. Ex qbus apparet quod pulsus litargicorum est magnus & hoc quia cor non leditur sicut cerebrum et illud quod deficit d magnitudie hanelitus iducit necessitatē ad magnificādū pulsum & cū uirtus nō sit multū debilis nec istrumentū inobediens. iō fit pulsus magnus respectu paruitatis hanelitus nō tñ maior q̄ in sanitate & quia p magnitudinē cōplet necessitatē ideo sunt rari & tardi. ❡ Ad cōtraria dicēdū ad primū quod pulsus & hanelitus sunt proportionales nō tñ equales. ❡ Vel dicendum qđ illud uerificatur in sanis. ❡ Ad secūdum dicendum primo uirtus debilis p se facit puū pulsum coacta tñ facit magnū. ❡ Vel dicendū & melius quod iste pulsus nō ē magnus sup eq̄lem sed satis ppe quia sicut deficit uirtus ozqđ deficiat magnitudo uera pulsus & quia non multū deficit iō dicitur magnus. ❡ Tertio dicendū qđ pulsus litargicorum dicit debilis propter uirtutis aggrauationem & ista debilitas stat cū magnitudie pulsus & ostenditur talis debilitas p iordinationē pulsus a materia humida & uidetur sermo Aliab. septio theorice nono cap° ē magnus respectu eorum i sanitate licet. n. uirtus sit debilior tñ multitudo uaporum putridorum & sic calidorum aliqualiter et defectus eructuatōis per hanelitū fac magnificari pulsum & pprie in sistole & h° credo. Vel secudo respectu apostematū calidorum in qbus artaria sica tēsa non pōt tm̄ dilatari ❡ Vel 3° respectū pulsus. perypleumonicorum cū qbus uirtus cordis magis deficit ❡ Vel quarto respectu differentiarum aliarum. s. raritatis. est enī magnus & tardus & rarus. Et tu cōsidera ❡ Tremuli. Hic cōsidera qđ iproprie sumit tremulus pulsus Sed debet expōi tremuli. i. diuersi ul tremuli undosi. i. multū undosi. cū undositas ē molificatio facta a flegmate. Similes &c̄. ❡ Verum tamen. Hic cōsidera quod i phipleumonia magis comunicat nocumentū cordi q̄ in litargia. Et ideo artarie magis disponūt 2m dispositionem flegmatis faciētis perhiplemoniā q̄ litargiam. Ergo magis mollificata artaria perhipleumōiaci apparet pulsus latior et lithargici minus latus & qa magis necessitat ad euentationē. ideo est longior & lithargici minus longus. Et ex h° apparet quare litargicorum pulsus etiam sunt tardiores & rariores. & hoc est qđ dicit nocumentū cordis factū ab ea. s. litargia est minus q̄ a peripleumonia. Et cadit pulsus

eius. s. lithargici. Cadens in medio. ❡ Contra quia cā cadētis in medio ē uirtutis laxitudo et defectus ut prio cap° fen 2a. sz pipleumonicis plus deficit uirtus. s. uitalis que facit pulsum q̄ in lithargicis ut stati dixit & dicit. ❡ Dicēdū dupliciter. Prio exponēdo aliter textum ut dicatur. cadit in pulsu eius. s. perhipleumonici. cadēs in medio plus q̄ in litargico. Et tūc littera uidetur plana. Aliter uero. 2° possumus dicere magis ad mētē Gal. in comēto pulsuum cap° de pulsu peripleumonicorum. Propter qđ sciendū quod apud Gal. Quidam ē pulsus deficiens. Et quidā est intercidēs. Videtur qđ sit deficiēs cui ē tāta quies quod aliqua pcussio posset fieri & nō fit. & hoc fit a frigiditate et obtusiōe caloris. Vnde sufficit una pcussio magna. & talis ē pulsus litargicorum & istū uocat Auic. cadentē in medio. Intercidens autē ē cui deficit aliqa pars motus pp uirtutis defectum Intercidēs etiā pōt dici cui aduenit geminatio motus & quasi bis pulsans stante uirtute pp necessitatē & ille duplex motus pulsus intercidētis plus accidit in peripleumonia. P° plus accidit ille qui est intercidēs defectu uirtutis quia uirtus uitalis magis deficit i peripleumonia. Vnde est mortalior egritudo pipleumōicorum ut Gal. palegato cap°. Similiter plus accidit intercidēs. s. bis pulsans pp maiorē necessitatē ex forti febre & calore maiori cordi cōicato. Et hoc inuit Auic. cū dic qm̄ uirtus uital i ipa litargia ē sanior &c̄. Exponit aūt glosa uitalis. i. animalis sz fuit additū falsum. i. falsū ē Et iste fuit hō q ignorauit pncipia. Auic. uirtutē enī uitalē animalē uocat. ❡ Ad cōtrariū dicēdū ē. qp aliter accipit hic cadens in medio & aliter supra primo cañ. ❡ Sed eius. s. litargici obliuio &c̄. patet ❡ Quod si melencolicum. Hic ponit signa litargie qñ materia ē melencolica si hoc cōcedatur quod ipsa fiat a materia melēcolica Et dicit dolor fit fortior pp sicitatem que cū frigiditate magis cāt dolorem q̄ humiditas cū frigiditate quia sicitas ē magis agēs q̄ humiditas & iō fiunt in eo que motui cōparantur ut rixa & alienatio ❡ Et oculi sunt aperti &c̄. Hic cōsidera quod ista litargia uocatur cōgellatio que ē passio pueniēs a frigido & sico ut in cōmēto amphorismi secūde particule. Somnus & uigilie ppter sicitatem aūt materie musculi palpebrarum non tendunt ad clausionē. Similiter ēt quia passio ista fit pprie posterius ut quarto de interioribus & infra in cap° de subeth nec ēt dispositio eorum declinat ad subeth & iō stant oculis aptis Et ex hoc apparēt ituentes in locū unū & terribiles Et quia sicitati nō cōiungitur calor motiuus. Cum. n. calidū sico cōiungitur tunc oculi sunt

apti & mobiles nõ ītuentes in locū unum. Ri xa. s. aliqua alienatio ꝓpter sicū. ¶ Et cū litargia. Hic ponit signa litargie zᵐ diuersitatem partis in qua fit & prio qñ ē apa ī substātia cerebri. z° qñ est in paniculis. 3° addit signum quoddaꝫ litargie. zª ibi. si aūt. 3ª ibi & accidit. Dicit primo quod si litargia ē in substātia cerebri subeth ē fortior quia magis imprimit materiā in loca uirtutū sensitiuaꝝ & motiuarū. ¶ Albedo lingue ꝓpter maioreꝫ ꝓpinquitatem uel cōitatē substātie cerebri cū lingua ꝗ paniculoꝝ cū ea. ¶ Oculi &c. ꝓpter mľtā repletionē flegmaticā & uaporosaꝫ a flegmate. Et difficultas motus ad laxitudinē qa motus ē difficilis cū laxitate remolitiõis. Et dolor ad laxitudinē. i. ad obtussioneꝫ. ¶ Si aūt. Hic ponit signa litargie qñ ipsa est in paniculis Et dicit quod si ē in uelaminibus dolor ē fortior cā est quia paniculi sunt sensibiles & motus leuiores quia sic ledūtur nerui in origine. ¶ Et accidit. Hic ponit quedā signa cōia litargie & dicit qñqꝫ accidit retentio urine ꝓpter obliuionem. s. relaxando lacertū colli uesice. ¶ Et considera quod illud ē qñꝫ quia ī oībus in quibus ille lacertus fortiter cōstringitur & homo indiget uoluntate & quasi conatu & impio ut relaxetur & ꝓpter debilitatē lacerti urinaľ. i. lacerti colli uesice que debilitas ē iam dicta uel lacerti urinalis. i. lacerti uentris qui iuuat ad urināndū exꝓmēdo. ¶ Ex signis. Hic ponit signa ꝓnosticātia litargiā. et sūt tremor capitis. & pigritia & grauitas motuū que significāt materias flegmaticas abūdātes ī cerebro maxīe ī parte posteriori ubi ē ṗncipiū neruorū mortiuoꝝ plurimū. ¶ Cū qꝫ Hic ṗmo ponit signa lithargie mortalis z° salubris. zª ibi & cū. ¶ Dicit ṗmo qđ cū accidēria lithargie fiūt fortiora &c. Per hec aūt accidētia lithargie intelligem⁹ uľ accidētia signficātia eā ut febris. hanelitus puus &c. Vel accidētia cōsequn tia. ut tremor mēbroꝝ & sudor extremitatū &. qūocūqꝫ intelligamus uerificatur. quod si accidētia mľtiplicātur. ūde significaľ uehemētia passiõis. & cū hoc mľtiplicatur sudor est mortale quia tūc sudor sigt uirtutis casū. & facit cadere uirtutē. ¶ Et cū. Hic ponit signa laudabilis litargie & dicit cū hanelitus dilatatur. i. magnificatur quia ṗus erat puus & fit bonus. qa remouet sua raritas & tarditas. & declināt accidentia. s. de fe. dolore capitis malicia pulsus & aliis. tūc tēdit ad salutem. ¶ Et ꝓprie &c. qa materia istius egritudinis ē flegmatica grossa uiscosa & loca post aures sunt apta ad hanc materiam recipiendam. Ideo ut plurimum crisis fit per eum. i. per apostema post aures.

SI NON FVERIT. Istud caᵐ posset dupliciter exponi. ītroduci uel diuidi. Prio qa. A. ponit curā lithargie ꝗtum ad quinqꝫ ītentiones. Et prio ꝗtum ad materierū euacuationeꝫ & subtractionē. Secūdo ꝗtuꝫ ad eius remotionem a ptibus capitis que fit repcussiōe & resolutiōe. Tertio quatū ad diuersiōem ad opposituum. Quarro ꝗtum ad accidentiū sedatiōeꝫ Quinto ꝗtum ad rectificationē regiminis. Et cōplet ibi cañ. in euacuatiōe & sedatiōe accidētium. ibi zª. & in pricipio. & ibi 3ª. & frica. ibi 4ª. cū autē in subeth. ibi 5ª. & cū nutris. Secundo mō pōt diuidi. qđ prio Auic. ponit curam magis in generali. z° in speciali. ibi zª et ī prin° ¶ In cura generali. A. ad tria intēdit. s. ad euacuationē ad tractū in contrariuꝫ & ad sedationem accidentiū. Pria duo fiūt cū flobothomia & clisteribus & uomitu. Terciū fit ponēdo ī domo luminosa. s. tēpate ut ponunt alii doctores & hoc ne calidū intus fugiat sed ex lumine ad exteriora moueatur. ¶ Dubitatur utruꝫ flobothomia cōperat in litargia uidetur qđ nō quia Mesue nō ṗcipit. ¶ Ampli⁹ educto sanguine flegma magis incrudatur. ¶ In contrariū Auic. & Alexander. ¶ Dicendū ut suṗ dictū ē quod si materia flegmatica sit sanguini mista & indicatiões cosentiūt & ꝓprie uirtus ut Alexāder dicit fiat flobothomia. Indicationibus uero aduersantibus non fiat & sic cessāt cōtraria. ¶ Dubitatur quare nō dixit de farmacia. ¶ Dicendū quod pp duo h° fecit Primo qa forsaꝫ in ṗncipo uult quod sis cōtētus acutis clisteriis quousqꝫ aliqua maturatio appareat ī materia & postea utaris solutiuis. Secūdo qa dedit itelligi ex cañ. generalibus đ cura apostematū frigidoꝝ. ¶ Dubitaľ quia in litargia in prin° utimur clisteriis acutis & non ī frenesi. ¶ Dicendū quod ē ꝓpter tres causas & multas alias que possent assignari. Prima quia febris ē mitis. zª quia materia ē grossa nō apta furere ab acuitate clisteris. 3ª quia utplurimū minera ist⁹us flegmatis ē in stomacho a quo satis diuertit. & euacuat acutum clistere. & iō ēt competit uomitus. ¶ Et cōsidera quod li deinde nō dicit ordinē necessariū quia ꝗuis non fiat flobothomia pōt fieri clistere. unde Aliab. qnto pratice statim ab eo ichoat. Et similiter alii auctores. Quid autem sit ṗmittēduꝫ stante necessitate flobothomie & clisteris declaratū est supra ca° de frenesi. ¶ Et in principio. Hic ponit curā ī speāli. s. secundū tēpora & primo qñ litargia est in principio. zª qñ in augumēto et statu. 3° qñ ī declinatiōe. ibi zª deinde iunge. ibi 3ª. deinde cum finitur. ¶ Sed tu dices quare non posuit

curā ſecundū diuerſitatē materieꝝ. ¶ Dicen
dum quod dedit intelligi ex hac forma cura
tionis quā ponet que ē cum repcuſſiuis & re
ſolutiuis tñ quia litargia uera ꝓprie flegmati
ca eſt. ideo ad hanc uidetur dirigere cañ. ſuos
¶ Circa primū dubitaṫ. an huic oleo roxato
& aceto debeamꝰ miſcere aliqd calidū. uł eis
ſolū uti. Videtur qđ aliqd calidum ex mente
Alex. in hoc capº qui docet caſtorei aliqd ad
miſere. In cōtrariū Auic. ¶ Dicēdū qđ i prinº
pricipiāte poſſumus uti iſtis puris. quia tūc
ad ſolā repcuſſionē itendimus. Sed poſt prin
cipiū principiās poſſumus aliqd calidum ad
miſcere pp qualitatē humoris & ſubſtantiaꝫ
& uidetur intentio Gał. .13. terap. 2º dubita
tur utꝝ debeat poni frigidū uel calidū ſiue te
pefactū. ¶ Dicendū qđ auctores hoc non de
terminãt uolētes quod forſaꝫ utaris eis parū
calefactis. uel dimittētes tue extimatiōi. ſecun
dum diſpoſitionē caloris i capite & diſpoſitio
nis aeris & alioꝝ. ¶ Dubitatur 3º cui pti capi
tis apponemus hoc oleū roxatuꝫ. Videtur qđ
pti poſteriori quia ubi debet fieri repcuſſio
ibi debet appōi. Sed queritur repcuſſio a pte
poſteriori. ¶ Amplius ubi poniṫ medicamen
reſolutiuū. ibi uidetur qđ debeat apponi rep
cuſſiuū. Sed pti poſteriori apponimꝰ reſoluti
ua in hac egritudine. ut uidetur docere Meſ.
in caº de litargia & i caº de ſcamōea. ¶ In cō
trariū ē cañ. generalis ſupͣ poſitus i canonibus
generalibus & in capº de cura ſode tēporalis.
¶ Dicendū ꝙ in litargia medicam̄ repcuſiuū
debet apponi pti anteriori. ¶ Dico tñ qđ nō
eſſet magnū mirabile. ſi extendereṫ uſqꝫ ad p
tem poſteriorē. hoc fuit de intentione Gał. 13.
terap. penultio capº qui poſt ſermonē đ litar
gicis & freneticis p̄miſſuꝫ dicit. huic pti ante
riori debere apponi localia. Huius etiā rō eſt
duplex. Prima lqa eſt locus hic aptꝰ. ut uirtu
tes medicinaꝝ penetrēt. & nō timetur đ nocu
mento neruoꝝ ut timetur i pte poſteriori ut
ſupra declarabatur. Secūda rō ē qa aſcenſus
materieꝝ ad caput maxīe fit p anteriorē ptē.
uapores enim qui ſurgūt a ſtomacho & uene
aſcendētes ad cerebꝝ maxie attingunt ptes ce
rebri anteriores. ergo uolētes a cerebro repcu
tere ſiue uapores ſtomaticos. ſiue materias ue
nientes per uenas. ſ. guideꝫ. & adiacentes fiet
melius ſi pti anteriori apponimus repcuſſiuū
Dico tñ qđ nō eſſet mirandū. ſi qñqꝫ cū reper
cuſſiuo extēderemus nos uſqꝫ ad ptē poſterio
reꝫ & hoc ſi eſtimatiua boni medici ſuaderet
qđ a ptibus poſterioribus aſcendit ſurſuꝫ ma
teria qđ pōt cōtingere ut ſupra. c. đ egritudi
nibus per comunitarē. Etiā ſi inđ cōfidis poſ
ſe. repellere materiā. Et ad cañ. A. ſupͣ poſitū

generalē. Dicendū qđ regularis eſt ille cañ.
cū maiorē utilitatē ſperas ex appoſitōe repcuſ
ſiuoꝝ uſqꝫ ad ptem poſteriorē. q̄ ſit nocumen
tū. qđ ex hiis medicinis fieret nuche et orig ni
neruoꝝ. ¶ Quāuis tñ medicamē repcuſſiuū
in litargia debeat maxīe applicari parti ante
riori. medicine tamen reſolutiue poſſunt plus
applicari pti poſteriori. Rō ē duplex. Prima
qa ex quo materia iam ē in parte. unde queri
tur reſolutio. medicamē poſitū ſuper eadē p
te poteſt illā materiā attingere. Secūda ratio
eſt quia nō timetur nuche & neruis. de nocu
mento a reſolutiuis cū ſint calida ſicut timeṫ
de nocumēto a rapcuſſiuis cū ſint frigida. 3ª
cā eſt quia denſitas oſſis poſterioris nō ſic im
pedit uirtutē calidoꝝ cū ſint magis ꝓfundabi
lia & penetrātia ſicut ipedit uirtutē frigidoꝝ
que ſūt nō ſic penetrātia ut ſunt medicine cali
de Et iō auctores expreſſerūt calidas medici
nas in litargia que ē apoſtema ptis illius poni
ad ptem poſteriorem. Non aūt dixerunt hoc
de frigidis repercuſſiuis. quāuis tamē calide
medicine poſſint ibi poni. pñt ēt & debent po
ni ad ptem capitis ſupiorē & reſoluēt etiam
de materia ptis poſterioris ut ē notum ¶ De
inde. Hic ponit curaꝫ in ꝓceſſu principii & in
augumento & in ſtatu. ¶ Ad cuius itellectum
cōſidera quod Auic. intendit in hiis tēporibꝰ
ad qnqꝫ. primo ad remotionē materie a parti
bus capitis. 2º ad diuerſionē. 3º ad remotiōeꝫ
uel ad ſedationē accidētis. 4º ad rectificatiōeꝫ
regimis. 5º ad euacuationē materie cū farma
cia. ſecundū hoc ergo qnqꝫ facit. ibi 2ª & frica.
ibi. 3ª. cū aūt ibi 4ª. & cum. ibi 5ª quod ſi tibi.
¶ Ad primi euidētiā cōſidera quod remotio
materieꝝ a ptibus capitis fit in ꝓceſſu princi
pii cū repcuſſiuis miſtis cū reſolutiuis & ideo
dixit admiſceatur eis. ſ. oleo roſato & acero ca
ſtoreū & ſit acetū ſquiliticū quia reſolutiuū
uirtute ſquille. Et ne aliqs crederet quod aqª
frigida competeret i hoc tempore quia ſeda
ret motū materieꝝ. iō oio ꝓhibet aquā frigi
dam niſi parūp. i. niſi paꝝ frigida quia ſit pa
rūper calida ſaltē ſicut in qua paꝝ ſol imp̄ſſit
Alii tñ dicūt niſi paꝝ. i. niſi pauca q̄titas. Et qa
nocumētū frigide aque ē multū iō Auic. dixit
nō potes aqua frigida in principio ſcilice non
potes frigida aqua proprie Et aput ſtatum
.ſ. non potes aqua frigida & ꝓprie i fine &c̄.
.ſ. non potes frigida aqua quia in hiis tpribus
queritur reſolutio quā aqua impedit. Et per
pricipiū & ſtatū dedit intelligi augumētuꝫ
Ergo quia aqua frigida i nullo tēpore cōpe
tit iō dicit & ꝓhibe illud. ſ. aquā frigidā ¶ Sꝫ
tu diceres cōpetit ne uinū. ¶ Dicendū ſecūdū
Alex. quod nō niſi digeſtio appareat in mate

ad recipiēdum impressionē superiorū corpo rū siue intelligētiarum Sꝫ an disponat pluīq̄ aliqua cōplexio ad actū intelligēdi ꝑ uirtuteꝫ itellectiuā & obediēdū uolūtati ut reducatur ad ꝑfectionē scientiaꝝ speculatiuaꝝ ē dubiū de quo habet queri alibi. Et Aristotiles dubi tauit de hoc de ꝑblematibus. 30. p° ꝑblemate ¶ Alio modo accipitur epilepsia proprie ꝑ egritudine qua utplurimū cerebrū contrahi tur. unde sensus & motus & erectio in toto ꝑ hibentur non integre. ut Auic. sumit in hoc ca pitulo Et de hac epilepsia ē hic sermo Et hec epilepsia est duplex Vna propriissime dicta epilepsia que est periodicans .s. parata periodi care Alia est epilepsia nō sic proprie dicta que nō est periodicans siue ñ est apta periodicare Si quidē loquamur de epilepsia propinquissi me dicta que est morbus caducus predictus periodicus siue aptus periodicatōi tunc sequē do Aui. Istā epilepsiam fieri a mala cōplexione pura sine materia post tripliciter intelligi Vno modo sine materia humorali. fiat tamen a ma teria uaporosa uel uentosa Et h° modo epilep sia periodica pōt fieri sine materia idest sine humorē qui sit sibi causa cōiuncta sꝫ causa con iūcta erit uapor siue uēt⁹ Et h° itelligit Auic. cū dixit si ergo significant per hoc quod causa in ea est uapor sermo ipsorum habet intētio nē Et ratio ē quia si uapor immediate potest facere in cerebro cōtractionē periodice reuertē tē ergo potest facere epilepsiam propriissime dictam. sed sic est Nā si humor pōt ab aliquo menbro ad cerebrū cōfluere periodice. ita ua por & multomagis. ¶ Secūdo modo potest intelligi quod hec epilepsia fiat a mala comple xione sine materia idest licet fiat a materia hu morali nō tamē fit ab ea ut replet sed ut habꝫ qualitatē nocentē ut fit in cerebro contractio. Et hoc etiam modo uerificatur quod epilepsia fit a mala complexione sine materia Ratio est Nā si humor simplici qualitate maligna circū scripta corpulentia humorosa siue repletiona li potest esse causa cōtractionis cerebri Igitur epilepsia pōt fieri a mala cōplexione sine mate ria hoc modo sed ita est ut est notū Et hoc ē ꝙ Auic. etiā intellixit cū dixit aut qualitas nocēs idest humor nocēs qualitate & facit i cerebro cōtractionē predictā tunc sermo intentionē ha bet ¶ Considera igitur quod humor potest dupliciter nocere cerebro Vno mō ut humo rosus siue ut quid corpulētum .s. extendendo uel opilādo et talis epilepsia dicitur fieri a ma teria Alio modo ut qualitate aliq̄ mala agens silicet uenenosa uel acuta mordicatiua siue q̄ litate congelatiua & illa epilepsia potest dici fi eri a qualitate sine materia quia facit eam hu

mor ut qualis quãuis esset ualde parue quãtitatis. ¶ 3° modo potest intelligi sine materia idest a pura qualitate fundata in cerebro omni circunscripta materia humorali siue uaporosa Et hanc qualitatẽ sine materia possum⁹ imaginari dupliciter Vno modo quia ueniat a causa extrinseca uerbigratia a frigore aeris. Alio modo quia sit impressa ab aliquo humore .& humor cessauerit siue sit in cerebro siue in alio mẽbro uerbigratia.in stomacho & stomachus cõmunicet illã cerebro. ¶ Dico primo quod imaginando complexionem sine materia.primo modo epilepsia periodica non potest fieri ab ea Ratio est duplex Vna quã ponit Auer.tertio colliget in fine & est ista Si aer frigidus nõ inducit tantã alteratiõnẽ que faciat epilepsiã.epilepsia non potest fieri a mala cõplexione sine materia.quia a frigido aere Sed sic est.quia alteratio facta ab aere cito dissoluitur. ¶ Sed contra quia.alteratio facta ab aere frigido potest occidere. ¶ Dicẽdũ ꝙ ex hoc Auic.habet ꝓpositum.quia si ultimo i primit.ergo talis epilepsia ẽ mortalis & nõ piodica. ¶ Secũda ratio ẽ quã ponit Auic.hic & innuit eã Auer.ibidẽ. ¶ Si epilepsia fieret a pura qualitate extrinseca uel aeris uel alterius rei. tunc non esset morbus sepabilis.i.piodicus.cõsequẽtiam Auic.innuit cum dicit.qualitas non est & non resciditur &c̃. ¶ Propter quod sciẽdũ sicut sumitur ex mente Gali.2° de differentiis febriũ penultimo ca°.Causa piodicationis est motus materierũ secũdum mensuram tẽporis sumptã ex uirtute digestia attractiua retẽtiua & expulsiua in mẽbro mãdãte & recipiente ut prolixe declarat.Gali.ibidẽ. Si g° epilepsia fiat a frigore aieris uel ab alia re extrinseca.tũc nullus erit ordo motus materierũ sed sola cõtingẽtia sequens uolũtatẽ siue casũ Si eni petrus incidit epilepsiã.quia ãbulauit i aiere frigido & euasit nũq̃ reincidet si uolet. & frequẽter incidet si uolet. Si aũt imagineẽ secundo modo mala cõplexio sine materia.s. quia impressa ab humore & cessauerit hũor siue sit cõmunicata cerebro a stomacho.uel ab alio mẽbro. Dico ꝙ epilepsia piodica non põt fieri ab illa mala cõplexione ¶ Ratio ẽ duplex Vna quã inuit Auer.preallegtao loco.a mala cõplexione difficulter remouibili nõ põt fieri poxismus epilepsie.siue epilepsia pxismalis. sꝫ mala cõplexio sine materia.s.que ẽ ipressa a materia cũ cessauit materia ẽ difficulter remouibilis.g° &c̃.maior.ẽ.nota.quia paroxismus epilepsie cito remouetur.minor est nota. quia mala cõplexio facta ẽ habitus quidã sed habitus difficulter remouetur. ¶ Contra hanc rõnẽ diceret aliquis contra minorẽ ꝙ aliqua q^a litas comunicata cerebro aliunde ut a stomacho non est difficilis remotionis quia licet i stomacho sit facta tamen poterit in cerebro esse fiens. ¶ Dicẽdum primo quod licet in se sit facilis remotionis inquãtum fiens tamẽ inquãtũ pendet a frigido quod est in stomacho est difficilis remotionis. ¶ Vel dicẽdum qđ ista qualitas communicata cerebro a stomacho si est fixa in cerebro est difficilis remotionis Si autem sit fiens tũc talis mala cõplexio potest dici materialis idest habens causam corporalẽ ut stomachi complexionem Cause enim corporales sunt cõplexiõales & humorales ut Auic. primo canonis.fen 2ª capitulo de causis. ¶ Secunda ratio est quã Auicena innuit hic Nulla mala qualitatas sine materia membro uel cerebro communicata modo est & modo rescinditur. Omnis epilepsia piodica modo ẽ & mõre cidiiur ergo nulla epilepsia periodica fit a mala qualitate i cerebro existente uel sibi communicata que sit immaterialis Istã ratõeꝫ innuit Auic.cũ dixit & similiter ¶ Sꝫ cõtra.diceret aliquis qualitas cerebro cõmunicata uerbigratia a stomacho potest esse & modo recedere secũdũ qđ stomachus sibi comunicat ¶ Dicẽdũ quod nõ est dubiũ qđ qualitas in cerebro facta nõ modo aduenit & modo recidit Sꝫ de qualitate cõmunicata uidetur aliquid dubiũ tamen secũdũ rei ueritatem etiam si sit immaterialis non modo aduenit & modo recedit & ideo Auicena de ea expressit cum dixit & sit illud.i.quamuis illa complexio sit ex alio mẽbro non tamen aduenit & recedit si est sine materia. Ea ratio est quia membrũ aliquod uerbigratia stomachus alterans cerebrum sola qualitate sine materia non põt mõ alterare.& modo cessare.ab alteratione nisi in altrrãte stomacho sit nouitas.uel g° i stomacho ẽ mala cõplexio fixa sine materia.& sic in stomacho nõ ẽ innouatio nisi esset p accidens a cibo.uel talis qualitas stomachi est cũ materia.& tũc secundũ diuersitatẽ fluxus materierũ ad stomachũ fiet i cerebro alteratio.& licet cerebrũ sola q^a litate alteretur a stomacho. tamẽ diceretẽ epilepsia materialis.quia radicaliter illa qualitas pendet a materia extra cerebrũ. ¶ Apparet igitur quid dicendũ sit de epilepsia ꝓpriissime dicta.que est morbus caducus piodicus. ¶ Si autem loquamur de epilepsia non sic propriissime dicta.que non est piodica.Dico ꝙ potest fieri a mala cõplexione sine materia.ut a frigore aeris.& in summa a causis extrĩsecis. Rõ ẽ si cause exteriores possunt facere cerebri constrictionẽ & prohibitionẽ transitus sensus & motus ad membra. & erectionis non integre epilepsia poterit fieri a causis extrĩsecis.sed sic

est.uerbigratia.frigus aeris potest constringe re cerebri uentriculos et pcussio unde fit com pressio in carnes.ut ponit Rasis.5.continentis ca° de fractura cranei.Similiter punctura scor pionis qua surgit ad cerebrū aliqd uenenosum unde cerebrū constringitur & fugit.Epilepsia tamen facta ab istis non est piodica. quia ad illas causas nullus est ordo nisi casualis siue uo lūtarius. Si enim punctus a scorpione ē factus epilenticus nūq̄ forsan amplius pungetur.

¶ Ad contraria dicendū ꝙ Rasis & Gali.p° de accidenti & morbo loquuntur de epilepsia non piodica.¶ Ad aliud dicendū ꝙ epilepsia a punctura scorpionis non ē piodica.ut a scor pione fit.& si post reuerteretur paroxismus sine morsu scorpionis erit quia illud uenenum dispofuit humores.& sic erit epilepsia materi alis.¶ Ad illud quod dicitur de tusci dicēdū ꝙ illa tussis ē piodica.Et eodē mō de tremore cordis.sȝ de hoc diffuse scripsimus fen.xi.

¶ Ad illud quod dicitur de effimera dicēdū uel ꝙ non ē piodica-febris.uel si ē hēt aliquam materiā ut effimera nō uera.uel secūdū tuam opinionē effimera ē febris fiens hēns causam que ē spiritus et eius cura ē cura cōposita licet sit cōtra sententiam Gali.3° terapen.

¶ SPVMA uero.¶ P° assignat cāȝ spume. 2° cōparat epilepsiā ad sternutationē & spasmū.ibi secūda.& epilepsia.¶ Ad primi intel lectū considera ꝙ spuma apparens in ore epi lentici & apopletici conueniunt & differunt. Cōueniūt in materia cōmuni que.ē humiditas & cā cōmuni que.ē motus & agitatio. Sȝ dif ferunt in causa ppria. quia agitatio que facit spumā in epilentico ē pꝑter motum spasmo sum.unde fit concussio cōtra partes spumales & partes oris.& hoc ē quod dicit.spuma acci dens in epilepsia est pꝑter agitationem motus spiritus idest anhelitus propter prefocationē & illa agitatio est propter agitationē spasmi & idem ponit Rasis primo cōtinentis Sȝ agi tatio que facit spumam apopletici ē .propter anhelitū uiolentatum. Conatur enim trahere aerem quia suffocati unde quidam apopletici priuantur anhelitu & quidam difficilime an helant Ex hoc ergo calor in spiritualibus incen dit & dissoluit humiditates pulmonis & fa cit spumam.Et hoc est qđ dicit in a poplesia quidem accidit prefocatio suple & spuma p pter uiolētiā anhelitus .i. qa āhelitus ꝑ.i.qa hanelitus patit uiolentiā ablatōis ꝑ coruptōis. Vnde Auicenna 4° cañ fen secunda capitulo de signis sumptis a radice lingue.Spuma ñ fit nisi cum cor ad tantam uenirit calefactionem quod destruuntur ei operationes pulmonis & dyafragmatis & non potest facere redire āhe litū cū equalitate.Et ista spuma est sicut illa apopletici.quia est spuma strangulantis. Ideȝ ponit Rasis p° continentis.unde dicit. spuma fit in apoplesia propter fortē uiolentiā anhe litus.Ex quibus apparet differentia in ppria materia.quia in materia spume epilenticorū est aliquid de substantia humida pulmonis dissoluta a forti calore in coartatione siue uio lentia anhelitus & ideo significat mortem ut ī commēto afforismi secunde particule strangu latorū sed in spuma epilētici non est humidi tas de substantia pulmonis dissoluta nisi epi lepsia perducat ad mortē suffocando.¶

¶ ET EPILEPSIA .P° ɔparat epilepsiam ad spasmum secundo ad sternutationē.Ibi secun da & motus¶ Quod prio dicit patet¶ Circa secundā partē cōsidera quod in sternutatōe fit quedam cerebri constritio ad expellendum sed statim cessat illa constrictio & ideo dicit quedam leuis epilepsia.Si ergo fortiter cere brū constringatur tunc in toto fit agitatio & spasmus & sic est epilepsia uel fortis sternuta tio.Ex quo apparet quare currit in usu dicere hominibus cum sternutēt deus te adiuuet qa timor est de epilepsia cum sternutatio sit pua epilepsia.Qui uero loquuntur in nostra lege dant aliam causam.Tamen ista consuetudo fuit ante nostram legem ut sumitur ab Apuꝉ. in libro methamorphoseos.¶ Considerandū quod materia sternutationis cum fit difficilis & uirtus fortis expellitur ad uias naturales et manifestas-cerebri & ideo sternutās ēmucat per nares & expuit.Sed materia epilepsie cuȝ sit amplior & uirtus non sit fortis expellitur secundum qđ uirtus post uel ante ꝑ ad aliqđ membrum.Et ideo potest paroxismus epilep sie remoueri quandoq̧ cum paralesi uel nocu mento determinati membri & hoc est quod dicit expulsio suple materie ē ad quācūq̧ ptē fuerit posibile.¶ Et oportet quidem &c̄.

¶ Sepius Auic.determinauit de causis epilep sie i sermone magis generali¶ Hic determinat magis in speciali.magis ē autem hic sermo spe cialis.quia narrat speciales materias facientes epilepsiam & speciales modos.¶ Et primo determinat de epilepsia cerebrali secundo de e pilepsia facta per cōmunitatem tertio ponit quosdam canonis ibi secunda epilepsia autem cuius causa.ibi.tertia uerum secundum quan cunq̧ dispositionē Prima in duas primo pmit tit notificationē epilepsie cerebralis secūdo de clarat ibi secunda & hec qdē materia.¶ Con siderandum circa primam parteȝ quod illud quod dictum est cōprehenditur hic quod .s. est dictum generalius hic uero dicitur speciali us.¶ Cōsiderandum secundo quod Auicenna

de epilepsia cerebrali tangit duo Primo tãgit
materiã quia materia faciens uentositatẽ non
tamẽ quod hoc sit necessariũ semper ut dictũ
est supra sꝫ qa hout plurimũ accidit Nã mate
ria ista epilepsie cerẽbralis ut plus ẽ flgmatica
Flegma autẽ est aptum uentosari. Secũdo. A.
tangit locum materie quia uentositas hec uel
materia retinetur in meatibus &c. aut replet
uentriculos anteriores .s. primo tamen ut infra
probatur etiã replet posteriores. Dixit autem
Impletione aliqua quia imperfecta Si enim p
fecte repleret esset apoplesia ❡ Considerãdũ
tertio quod causa coniuncta epilepsie est in p
dictis locis tamen antecedens posset esse in ue
nis. Alia etiã sunt loca materierũ facientiũ epi
lepsiam que statim dicentur ❡ Considerãdũ
quarto quod ly aut potest exponi pro et. et po
test exponi diuisiue & tunc tangit duas mate
rias. Primo tangit materiam uentosam cuius
magis ẽ opilare uias artas q̃ uentriculos. & iõ
dixit in meatibus sensus & motus. Secũdo tã
git materiã humoralẽ que sui grossicie põt
opillare uentriculos. & ideo dixit. aut replet. s.
materia humoralis utrisq̃ uentriculos &c.
❡ Et hec quidẽ. ❡ Primo declarat diuersita
tẽ in materia. z° in loco. ibi. zª. & omnis causa.
Prima in. d. p°. enumerat mãs. z° cõpat. ibi. zª.
& ẽ parua ❡ Dubitatur utrũ epilepsia possit
fieri a quolibet humore. Videtur ꝙ non quia
simile uidetur de epilepsia & de aliis morbis
cerebri. ut frenesi & lethargia. sed isti non fiũt
a quolibet humore. sed determinato. g° sic epi
lepsia. ❡ In contrariũ ẽ Auic ❡ Dicendũ quod
epilepsia potest fieri a quolibet humore secun
dũ genus. s. flegmate colera melancolia & san
guine. Ratio ẽ. quia omnis humor potest esse
causa contractionis cerebri. uel ipfecte opillatõ
nis. ergo epilepsie. Antecedẽs ẽ notũ. quia cole
ra sui acuitate stimulat cerebrũ sanguis pote
rit opilare ipfecte & ẽt flegma & melancolia.
❡ Ad contrariũ dicẽdũ ꝙ nõ sit simile de illis
morbis & de epilepsia. quia illi morbi sunt ma
gis determinati & appriati. ❡ Et est parua.
❡ Hic cõpat causas. & prio facit hoc. z°. remo
uet dubiũ. tercio quod dixit probat. ibi. zª. ue
rũ. ibi. 3ª. & hyp ❡ In pria parte habemus
ab Auic. tria. ❡ Primũ est quod rarissime ac
cidit epilepsia a colera. & hoc est quod dicit.
& est parua ualde. i. raro euenit. Et causa est
quia raro talis colera multiplicatur in cerebro
.s. in suis uentriculis. ❡ Secundũ dictũ est ꝙ
raro sit a sanguine. quia non sic raro sicut a co
lera. frequẽtius enim contingit eum secũdum
cerebrũ multiplicari & posse in uentriculos
effundi q̃ coleraꝫ. ❡ Tertiũ dictum est quod
multotiens fit a sanguine flegmatico & melã
lico quia frequẽtius in capite multiplicantur.
❡ Sed tu dices frequẽtius uidetur multipli
cari sanguis colericus q̃ sanguis melancolicus
❡ Dicendũ ꝙ licita sit ẽ magis aptus apostẽ
mare sãgis coleric⁹ sꝫ melãcolic⁹ ẽ magis apt⁹
detineri & opilar. ❡ Verũtamẽ. ❡ Hic ẽmo
uet dubiũ diceret aliquis nõne potest fieri epi
lepsia a flegmate depurato a sanguine ꝉ a me
lancolia cũ tu dixisti quod fit a sanguine cuius
repletio inclinatur ad cõplexionẽ colere nigre
& flegmatis Respondet ꝙ sic. & dicit ꝙ pluri
ma. s. cã epilepsie est humiditas denudata. s. a
sanguine declinãs ad colerã nigrã. n. pro etiam
plurimũ cũ accidit epilepsia accidit a flegmate
❡ Considerandũ ꝙ enim potest dupliciter ex
poni. Primo ut dictũ est. z°. n. i. quia Nam fleg
ma depuratũ a sanguine ꝑpter ingrossacionẽ
& cõgelationẽ tendit ad naturã melancolicam
quodãmodo. ❡ Et hyp. ❡ Hic probat ꝙ epi
lepsia fit plurimũ a materia flegmatica. quia
hy. dixit i libro de epidimia siue de morbo dei
ꝙ plurime oues que patiuntur epilepsiã cum
in cerebris suis anothomiꝫantur inuenitur in
eis humiditas mala fetida siue flegmatica.
❡ Quod aũt. hic textus debeat sic exponi
apparet p Rasim p° cõtinẽtis. ca° de epidimia
ubi sic dicit hy. in libro de morbo dei. quod hic
morbus accidit ex humiditate madefaciente ce
rebrũ. Et manifestatur p peccudes. quia cum
accidit eis hic morbus si aperietur eis cerebrũ
inuenitur plenũ humiditate. ❡ Et omnis cã.
❡ Hic declarat cãs epilepsie ut diuersificãtur
loco. & p° facit hoc. z° addit quandã cõpatõeꝫ
ibi. zª. & epilepsia ❡ Circa primã ptẽ diceret
aliquis contra. quia posset fieri a debilitate ex
pulsiue cerebri. ❡ Dicendũ ꝙ ut plurimũ cõ
paratur defectui digestiue ❡ Nã flegma mul
tiplicatur in cerebro defectu digestionis ❡ Si
autẽ fiat defectu expulsiue ẽ rarius nec ẽ ita
appriata causa. ❡ Ve dicendũ ꝙ quãdo fleg
ma aggregatur defectu expulsiue associatur
cũ hoc defectus digestiue ex flegmate retẽto.
❡ Dubitatur ẽt unde sequr. nõ ergo. ❡ Di
cẽdũ ꝙ sequr ex hoc quia digestio cerebri fit
in suis ptibus. g° defectus digestionis & cõgre
gatio materie ex hoc fiet in suis ptibus ❡ Du
bitatur ẽt qa Auic. uidetur distinguere panni
culos a uelaminibus. ❡ Dicẽdũ ꝙ p uelamina i
telligit subtilia uelamina. s. piam matrem. &
ptes eius intrantes in profundũ cerebri. sed p
panniculos intelligit duram matrem illa ta
men materia non facit epilepsiam nisi commu
nicetur nocumentum uentriculis & transitus
spiritus ❡ Vel dicendum ꝙ pro eodẽ accipit
uelamen & pãniculum. Sed uult dicere qđ si
epilepsie materia occupat substantiã cerebri.

& pāniculos ē deterior.q̃ si occupat solos pan
niculos aut etiā solā substantiā. Et epilepsia
Hic ponit quandā cōparationē Et primo
cōparando quantū ad materias secūdo quātū
ad modos.ibi.2ª & illa Prima in duas primo
facit cōparationē secundo probat Ibi 2ª cū g°
Dicit primo quod epilepsia melācolica for
tis est deterior.s.q̃ flegmatica Dicitur autem
fortis quia cū fortibus accidentibus tremoris
siue agitationis & timoris Vel dicitur fortis.
quia de melancolia in forma humorali que est
difficilis remotionis. Cum ergo. Probat
quod epilepsia melancolica sit prauior siue de
terior Et arguit sic Illa epilepsia est deterior
que licet minus accidit q̃ flegmatica tamen fit
de materia magis opillāte.Sed epilepsia melā
colica est huiusmodi.quia minus accidit q̃ fleg
matica tamen magis opilat transitus spiritus
Nā materia melancolica cū sit humor grossus
terrestris magis uidetur opilare q̃ facit fleg
ma De hoc tamen infra dicetur Considerā
dum quod de hac littera apparet solutio que
epilepsia sit peior an flegmatica an melancolica
Nam ex pluralitate euentus est peior flegma
tica quia pluries accidit Sed ex malicia acciden
tiū est peior melancolica Et h° est quod Auic.
dicit Cū ergo flegma sit plus.s.causa in euētu
epilepsie tūc pro tamen melancolica.s. epilep
sia p materia magis opilat &c. Et illa. Hic
cōparat quosdam modos epilepsie.s. illā que
dicitur mater puerorū & epilepsiam proprie
dictā epilepsiam quia ambe interficiūt. Cō
siderādum quod secūdum Rasim primo con
tinētis mater puerorū uidetur esse quedam
epilepsia que nō est aliud q̃ spasmus a siccita
te sequēs acutā febrē & quā docet curare cū
rebus humectantibus ut ibi apparet auctori
tate Georgii tamen ista nō est proprie epilep
sia quia epilepsia nō fit a siccitate ut supra ap
paruit & iō Auic.dixit Et illa epilepsia que a
pud quosdā.s.Rasim primo cōtinētis. Cō
siderādum tamen quod talis spasmus q pue
ris cōtingit in febre acuta potest esse repletio
nalis & tunc proprius diceretur mater puero
rū que ē epilepsia qd autē talis spasmus pos
sit esse replecionalis apparet in cōmento tertii
pronosticorum super illo uerbo spasmus &c̄.
Possumus etiam per matrē puerorum intelligerē
epilepsiā pueris cōtingentem a materia humi
da ēt sine febre. Quod aūt epilepsia pprie dic
ta possit interficere p redditū frequentē paro
xismorū.ut quasi cōtinuetur ē notum. Epi
lepsia aūt. Hic determinat de epilepsia fac
ta p cōmunitatē.Et p° ostēdit quot modis fit
hec epilesia ex parte eius quod cōmunicatur.
secundo ex parte eius a quo fit cōmunicatio.

ibi.secunda. mēbrum autē. Dubitatur. ui
detur ꝙ Auic.sit insufficiens ꝙ non ponat de
communicatione per ascensum humorum.
Amplius quid uult dicere duobus modis
cum modi isti sint multi. Dicendum quod
modi fiendi epilepsiā ex aliquo mēbro sunt
duo.Nā ab aliquo membro aut eleuatur ma
teria aut qualitas pura. Si materia maxime
est materia uaporosa uel uentosa Ista ergo uē
tositas siue uapor uel ledit qualitate uel quan
titate Si quantitate uel existens in cerebro re
uertitur in materiam que materia pōt ledere
per se uel iterū per cōuersionē in uentositatē
& tacet Auic.aliud menbum.s.quod ista uēto
sitas siue uapor pōt ledere nen cōnuersa in
materiā hanbentem essentiā scilicet humoralē
Si autē ista uentositas ledat qualitate tūc aut
qualitate cōgelatiua aut adustiua aut ueneno
sa.Si autē eleuatur qualitas pura tātū & p3.
Sed tu diceres ipse contradiceret.quia sup
probauit ꝙ epilepsia non fit a pura qualitate.
Dicendū ꝙ licet a stomacho ad cerebrū pos
sit eleuari.i.cōmunicari pura qualitas ut sup
declaratū est ca° de soda per cōmunitatē. tñ
illa qualitas pura nō faciet epilepsiā pprie dic
tā.sed piodicā nisi habet materiā in stomacho
saltem. Ex quibus apparet quid uult dice
re duobus modis.qa eleuatur quod ledit quā
titate & qualitate.Vel duobus modis qa ele
uatur qualitas & materia simul. Ad aliud
dicendū ꝙ plurimus ascensus materierū ad ca
put est in forma uaporosa siue uentosa. & iō
de hac materia plus dixit.Dedit tñ intelligi ꝙ
possit etiam ascendere humor & erat notū ex
multis supra dictis. Menbrū. Hic ponit
diuersitatē menbrorū a quibus eleuatur cau
sa epilepsie & simul cū hoc tangit membra a
quibus eleuentur uapores nocentes multitu
dine & a quibus eleuantur qui nocent qualita
te Primo ergo ostendit primū secundo secūdū
Ibi 2ª illud autem. Quod primo dicit no
tum est Nam a toto corpore & quolibet mē
bro possunt ascendere uapores multitudine
ledentes. Illud. Hic ostendit mēbra a q
bus eleuantur uapores nocētes qualitate siue
substantia mala & sunt illa eadē membra.Et
primo ostēdit quod hec materia potest eleua
ri a digitis 2° ab intestinis habētibus uermes
3° a matrice.4° a uasis spmatis.5° iterū a ma
trice.6° a spondilibus.7° ex mirach.ibi.2ª. ex
hoc aūt ca°.ibi.3ª.& quidā.ibi.4ª.& similiter
ibi.5ª.& similiter.ibi.6ª.& nobis.ibi.septiª.
illa autē.Prima in tres.primo ostendit modū
generationis siue inuentionis materie uenenose
in mēbris.Secūdo ostendit modū puentionis
ad cerebrū.& modū quo facit epilepsiā. Ter

cio que dixit declarat.auctoritate Gali.ibi.2ª.
& expellitur.ibi.3ª.& Galienus.¶ Cōſiderā
dū circa primā ptē ꝙ in toto corpore poteſt
exponi dupliciter.Primo mō quia in qualibet
pticula corporis ſimul ſicut dicimus ꝙ febris
ē paſſio tocius.& hoc mō poſſet intelligi. Et
eueniret hoc in aliqua febre peſtilētiali ꝗ ma
teria uenenoſa.uel in aliquo uenenato cuius ue
nenū eſſet iaȝ ſparſum. Si ergo ab iſtis ſurge
ret uapor ad cerebrū poſſet dici ꝙ poteſt a to
to aſcēdere.Alio mō in toto corpore pōt intel
ligi in qualibet pticula diuiſim.& ꝓprie pti
bus extrinſecis.ut ſunt digiti manus & pedis.
¶ Conſiderandum ſecundo ꝙ accipimus du
plicem modū inuentionis materie uenenoſe in
nobis Vnus eſt per generationem intrinſecam
Alius ē per occurſuȝ ad uenenoſa ut ſcorpiōeȝ
& ſimilia.¶ Conſiderandum tertio quod ſe
cundū deglutionē poteſt dupliciter expōi Pri
mo ideſt ſecūdum locum qui deglutiuit mate
riā illā prauā.ſecundo ideſt ſecūdū modū de
glutiendi tranſit enim uapor de parte in par
tē quaſi aliquid imbibitū & deglutitū.¶ Du
bitatur utrū in nobis poſſit generari uenenum
uidetur quod nō quia niſi ubi eſt agens ad ue
neni generationē non poteſt generari uenenuȝ
ſed in nobis ñ ē agens quia omnes partes cor
poris reguntur naturali calore qui nos diſpo
nit & defendit ut ſumitur primo cañ fen 2ª
capitulo de ſignis cōplexionū. & xi. theorice
in commento afforiſmi.¶ Ventres hieme.In cō
trariū eſt Auic.hic & Galienus 3° de interiori
bus 7° capitulo ¶ Dicendum qꝺ eſt hoc poſ
ſibile ut declarat experiētia Et ratio eſt Auic.
quia poſſibile eſt humorē aliquem concludi
in aliquo membro & derelinqui a regimine
nature & ſubcumbere praue putrefactioni Ex
hoc autē fiet aliquod prauum & uenenoſum
ymo uidetur quod ex coruptione ciboꝝ in no
bis fiat aliquid habens uim attractiuā & uo
mitiuam ſicut elleborus ut innuit Serapio 3°
pratice capitulo de colerica paſſione.¶ Am
plius i nobis poteſt fieri uehemens humorum
aduſtio.ſed ex hoc pōt fieri materia praue qͣ
litatis p multas replicationes aduſtionis. & ēt
putredinis.Et ideo uidemus materias āntracis
& eſtiomeni & prauoꝝ apoſtematū.¶ Con
ſiderandū ꝙ multitudo ſiue inuentio iſtarum
materieꝝ uenenoſaꝝ maxime fit in partibus
exterioribus quia tollerāt plus de nocumento
ſtante uita.Et ideo in digitis pedis & manus
Auic.ponit exēplū.Et ꝺ partibus interioribus
fit multū in matrice.quia ē receptaculū multa
rū ſupfluitatū.Vnde Auer.3° colliget in ca°.
de accidentibus matricis.dicit.Ego dico ꝙ non
ē īpoſſibile ꝙ generetur in corporibus malis

& eoꝝ ſubſtantia humor unus ſimilis ueneno.
& maxime in hoc mēbro.ſ.matrice eo ꝙ locus
eſt receptaculū ſupfluitatū corporis que pa
rate ſunt recipe corruptionē.¶ Ad cōtrariuȝ
dicēdū ꝙ ē ibi agēs.ſ.calor factus extraneus.
¶ Sed tu diceres calor naturalis nō pōt extra
neari extrāeatiōe extra latitudinē uite.qa tc
eſſet mors.¶ Dicēdū ꝙ calor naturalis de ſe
in actu non extraneatur extra uite latitudinē
ſtāte uita.tñ paciētia.ſ.humores a calore extra
neo recipiūt formas prauas ultra q̃ ſit in actu
caloris extraneati. Et alie uie eſſent ſubtiles.
que hic obmittūtur.¶ Et expellitur ¶ Hic cō
ſidera ꝙ ex Auic.duo accipimus. Prio p quas
uias uadit hic uapor qa p neruos. Secūdo acci
pimus modū 2ᵐ quē facit epilepſiā. qa cū le
dat cerebrū.contingit ꝙ cerebrū cōtrahitur et
ſpaſmatur.Et arguit Auic.a ſimili ſicut ſe hēt
ſtomachus ad rē mordicātē.quia cōtrahitur
& fit ſingultus qui ē quidā modus ſpaſmi.
ita ſe hēt cerebrū &c̃.¶ Dubitatur quia nō
uidetur ꝙ iſti uapores uadant p neruos quia
ſunt alie uie aptiores.ut ſunt artharie & etiaȝ
uene.¶ Dicendū quia materia uenenoſa in ex
terioribus partibus ſita pōt ire p uenas & le
dere epar.& ire per artharias & ledere cor.
& ire per neruos & ledere cerebrum. q̃uis
principalis occurſus uenenoꝝ ſit ad cor.Conti
git aūt ꝙ plus fertur quandoq̧ p neruos pp
tres cās.Vna ē ex parte ueneni.quia hēt ꝓprie
tatē ad cerebrū.¶ Venena.n. exteriora maxie
ēt diuerſificantur in ꝓprietatibus quibus ma
gis hoc mēbrū q̃ illud ledunt. ſicut cantarides
ueſicā & lepus marinus pulmonē.ut apparet
fen.6ª.4.can.Secunda cauſa ē ex parte ſitus qa
ſituetur magis in neruis uel iuxta neruos.Ter
cia cā ē ex parte aptitudinis huius indiuidui
quod ē paratū pati in cerebro habens cor &
artharias & uenas fortes & reſiſtētes & ner
uos paratos pati.¶ Ex quibus ceſſat quod in
cōtrariū inducebatur.¶ Dubitatur ēt quare
materia illa uenenoſa non leditur particulam in
qua eſt.¶ Dicendū ꝙ ēt leditur.& ſi non tm̃
ledatur ē quia aſſidue fit cū illa materia ſi ē
intrinſeca.uel quia pars illa expellit materiaȝ
illā a ſe.¶ Et Gali.¶ Prio declarat quod mor
dicatio ſit cauſa ſingultus.2° ponit exēpla pre
dicte epilepſie.ibi.2ª.& Gali.¶ Dicit Gali.
3° de interioribus.ſeptimo ca°.& in cōmento
affo.6.particule.ſpaſmus fit ex inanitione.&
repletione &c̃.narrat &c̃.¶ De ſecunda p q̃
dicit ꝙ Gali.ſ.ibidē &c̃.¶ Sed tu diceres te
re iſta uentoſitas ē frigida.¶ Dicēdū ꝙ nō eſt
alia cauſa niſi quia acquiſiuit talē cōplexionē
in generatione.Vel dicēdū ꝙ forſan licet eſſet
calida fugādo calorē naturalē inducit ſenſuȝ

frigiditatis. ¶ Considerandũ ẽt p hoc quod
dicit. cũ ergo peruenit ad cor. ꝙ ad hoc ꝙ fiat
epilepsia nõ est necessariũ ꝙ materia p ueniat
ad cor. sed potest puenire. Ego autẽ habui in
ciuitate perusii epilenticũ a police pedis quez
curaui. & Haly. ẽt narrat descriptõez similez
trac. 3°. 191. comẽto. ¶ Ex h° aũt pa et. ¶ Et qdã.
¶ Considerandũ ꝙ in prefocatione matricis
uapor ascendens inq̃tũ ledit cor facit accidẽtia
cordialia. & ẽ de ca° egritudinũ cordis inq̃tũ
ledit cerebrũ ẽ de ca°. egritudinũ cerebri. & ẽ
de ca° epilepsie & species eius. Et ideo dicitur
prefocatio quia iacet prefocata sicut epilẽticus
Sed inq̃tũ materia ẽ in matrice ẽ de capitulo
egritudinũ matricis. Auic. igitur non uult qđ
medici extrahant. i. extra ponant a ca° epilepsie
. s. quia non possit dici epilepsia. imo põt dici
epilepsia non cerebralis sz p cõmunitatem.
¶ RETINEANTVR ¶ silicet diminute
aut stringãtur. s. ex toto. Et aliter posset intel
ligi cũ piodis. s. ordinatis uel sine ul' cũ piodis.
qa reuertitur. uel sine qa nõ accidit nisi semel.
¶ Et similiter. ¶ Considerandum ꝙ conculca
tio similis fit infrigidatõi p caloris extinctionẽ
licet possit fieri calefactio per putredinem &
idem dictũ suumit ab hyp. trac. 3° commento
37. simile illius idest epilepsia similis profoca
tioni matricis. Quod dixit in 5ª & 6ª parte ẽ
notum. ¶ Illa autẽ. ¶ Cõsiderãdũ quod ex
malicia proprie digestionis stomachi & egri
tudinibus materialibus mirach & repletõ ali
b⁹ nauseatis fiũt opilatiões i uenis meseraicis
unde nutrimentũ laudabile nõ possunt recipe
re & putrefit humor opilans & putrefit hu
mor qui debet penetrare & hoc si retinet. &
hoc coruptũ multotiens redit ad stomachum
Uerũ tñ secũdũ q̃cũq3 dispositõem ¶ Iã Auic.
in generali sermone determinat de epilepsia ce
rebrali & ea que fit per comunitatem. ¶ Hic
ponit quosdã cañ. in quibus ostendit moduz
fiendi omnis epilepsie tã cerebralis q̃ p comu
nitatem & primo facit hoc z° ostendit moduz
se habendi spasmi ad epilepsiam Ibi zª epilep
sia uero secundũ plurimuz Prima in duas pri
mo premittit quod intendit z° pbat Ibi zª quo
niam. ¶ Considerãdum quod per principiuz
propinquum nos possumus duo intelligere
Primo causam cõiũctam & erit sensus ꝙ cau
sa coniũcta omnis epilepsie siue sit cerebralis
siue per comunitatẽ est ex cerebro idest in cerẽ
bro de causa cõiuncta epilepsie cerebralis non
dubitatur Sed de causa cõiuncta epilepsie per
cõitatẽ est uerũ quod est in cerebro Naz que
libet causa epilepsie surgens ab alio membro
extra cerebrũ quousq3 non est in cerebro hẽt
rationẽ cause antecedentis Et rõ est quia non

causat actu sed potentia Sed cum ẽ in cerebro
& est in loco & quãtitate sufficienti actu facit
epilepsiã ergo est causa cõiunctã. Cã ergo con
iuncta omnis epilepsie est in cerebro z° per pn
cipiũ propinquũ omnis epilepsie possum⁹ in
telligere principale & immediatũ subiectum
& hoc est uerũ. Compabitur eni epilepsia cerẽ
bro sicut febris cordi nec in hoc oportet plõga
re. ¶ Cõsideradũ z° ꝙ hoc qđ dicit ex uẽtri
culo anteriore debet intelligi inciatiue non ꝙ
sit in solo uentriculo anteriore sz potest causa
faciens epilepsiam inchoare a uentriculo ãteri
ori & potest radix illius cause eẽ in uẽtriculo
posteriore tamen in omni epilepsia utriq3 uen
triculi leduntur ut apparebit. primo tamẽ uẽ
triculus anterior ¶ Et considera quod forsaz o
portet exponere aut pro & ex uentriculis aliis
cũ eo. s. anteriore nisi aliã subtilem multuz ue
limus facere imaginationem quam per te con
sidera. ¶ Quoniam. ¶ Hic probat qđ dixit
Et primo probat ꝙ primũ nocumẽtũ sit ex uẽ
triculo ãteriori z° declarat ꝙ nocumẽtũ com
municet uentriculis posteriorib⁹ Ibi zª quãuis
¶ Primo arguit sic si primũ nocumẽtũ epilep
sie est in sensu uisus & auditus & in motibus
lacertorũ faciei & palpebraꝝ ergo pncipiũ epi
lepsie est ex uentriculo ãteriori sed sic est ergo
&c̃. maior est nota quia isti sensus & musculi
cõmunicant pti anteriori cerebri minorem po
nit in littera. ¶ Quãuis. ¶ Hic probat ꝙ fiat
nocumẽtũ in uentriculis posterioribus cũ uen
triculo anteriori Et arguit sic si reliqui uentri
culi nõ cõicarẽt in nocumẽto cum uentriculo
anteriori tunc nõ lederetur intellectus qui est
in medio uentriculo nec motus anhelitus sup.
nec alii motus qui pendent a parte posteriori
cerebri sed hoc est falsaũ he rationes sunt sil'es
rationibus fcis supra ca° de subet. ¶ Epilepsiã
uero. ¶ Hic ostendit modũ se habendi spasmi
ad epilepsiã. & p° facit hoc. z° ostendit modũ
cessatõnis. 3° remouet dubiũ. Ibi zª. & cũ. Ibi
3ª. & multotiens. Pª in duas. primo premitit
quod intẽdit. z° pbat. ibi zª. & illud ẽ. ¶ Di
cit primo ꝙ spasmus uenit ante epilepsiã. ¶ Et
illud. ¶ Arguit sic. spasmus cõfirmatus ẽ epi
lepsia. s. spasmus siue cõtractio cerẽbri cũ cõfir
matur tũc ẽ epilepsia g° epilepsiã ãtecedit spas
mus. s. fiẽs tenet cõseq̃ntia qa fieri est añ factũ
esse. ¶ Considerandũ ꝙ Auic. imaginatur ꝙ
pprie epilepsia sit spasmus siue contractio fac
ta ergo ante epilepsiã est spasmus. s. fiens. Et
cũ. patet. ¶ Et multociens. ¶ Hic remouet du
biũ siue declarat quodã supra dictũ. Dixerat
enim ꝙ epilepsiã secundũ plurimũ antecedit
spasmus. ¶ Vult igitur declarare quare dixit
secundũ plurimũ. & dixit quod hoc dixit. quia

epilepsia fit multociens sine spasmo sensibili. ¶ Considerandū qđ duas ponit cās propter quas nō semper cū epilepsia fit spasmus. Vna ē quia materia est subtilis ex qº accidit, quod materia hec nō replet principia neruorū ut extendat in latū & decurret inlongū. Secunda cā est cum materia non habet malā qualitatem ppter quā stimulet cerebrū ad contrahendū. sed facit iperfectam repletionē & phibitionē sensus & motus non integrā. Dixit autē Auic. notanter sensato. quia forsan cadebat in mente ꝙ epilepsia nullo mō posset solui & quodāmō spasmi quia in omni epilensia oportet ꝙ sit aliquis modus cōtractionis. q̄uis oculte i aliqua. Et ratio est quia nulla uidetur posse esse materia tam subtilis & tam bone qualitatis ēt preter naturā situata i uentriculis cerebri & originibus neruorum que nō incitet ad aliq̄ contractionē. q̄uis nō sit sensibilis quandoq;. EPILEPSIA VERO. ¶ Hic ostēdit corpora secundū etates disposita ad epilepsiam. & pº ostendit qualiter ad illam se habent infātes & puberes. zº qualiter se habēt adolescentes. 3º qualiter senes. ibi. zª. epilepsia. ibi. 3ª. senib⁹ aūt. ¶ Considerandu₃ circa primā partem ꝙ pubertas ē usq; ad. 14. annū proprie in uiris ut in commēto affo. tertie particule. Senioribus ad iuuētutē. & 5ª particula. i commēto affo. epilepsie quibus ante iuuētutē. ¶ Cōsiderādū ꝙ illud quod dicit purgetur. potest dupliciter inteligi. Vno modo ꝙ purgetur a natura & ideo pueri in quibus aparent i capite ulcera sunt securi ab hoc. s. epilepsia. ¶ Alio modo ꝙ purgentur arte. ¶ Sed tu diceres qumodo possunt puregari in matrice. ¶ Dicendū ꝙ hº fit dando matri cōfectiones cōsumptiuas flegmatis. & tunc infans in utero rectificabitur. ¶ Epilepsia aūt. ¶ Hic ē affo. Hyp. 5ª pticula. epilepsia &c̄. ¶ Et cōsidera cōditionē quā Auic. ponit ꝙ epilepsia sit cerebralis. & pprie i substātia. quia si esset ppter nocumentū in aliqº mēbro uel in capite. non tamen in substantia posset curari etiam si post xxv. ānos accideret ¶ Senibus. ¶ Dubitatur utrum senibus sepe uel raro fiat epilepsia. Videt ꝙ sepe p Auer. 3º colliget. ultimo capitulo. ubi dicit pro maiori parte illi q patiuntur hanc egritudinem sunt frigidi et humidi sicut pueri aut frigidi & sicci sicut senes. ¶ Amplius ubi ē materia grossa ibi maxime fit epilepsia & proprie opillatiua sed in senibus ē materia grossa. ¶ Itē in q bus fit apoplesia sepe in eis uidetur fieri epilepsia sepe qa apoplesia ē epilepsie uicina ʒ in senibus sepe fit apoplesia ut primo cōtinentis & Hyp. in affo. sexte particule apoplesia maxime fit. ¶ In cōtrariū est Auic. & Azarauius capitulo de epilepsia & Aliabb. 9º theo. caº de epilepsia. ¶ Iā dixi quod epilepsia est duplex Vna cōtractiua facta a uaporibus malignis et ista pōt frequēter fieri in senibus ppter uapores malos potētes surgere a stomacho & aliis ptib⁹ Alia ē epiª opilatiua đ materia existēti te in cerebro & ista materia pt eē melācolica uel flegmatica Epilepsia qdem de materia flegmatica raro fit i senibus primis qa sunt sicce cōplexionis & nōdum multiplicauerunt flegma sed epilepsia de materia melācolica potest in eis fieri qa melācolia in eis multiplicatur Et hec solutio uidetur cōformis menti Aliab. 9º theo. capitulo de epilepsia ubi dicit pa℞ accidit epilepsia grādioribus & senibus eo quod ipsorū menbra sunt sicca sed per hoc quod sūt sicca exdudunt exuberātiā flegmatis sed ponūt multitudinē melācolie & in comento prealegato affo. sexte particule Galienus dicit qđ illa apoplesia que fit a. 40. annis ad. 60. debet inteligi quod sit de materia melācolica. ¶ Aliter cōsueui respōdere etiā quod de nulla materia humorali fit epilepsia in senibus nisi raro. De materia quidē sanguinea & colerica hoc ē certū Sed de materia flegmatica et đ melācollica probatur quod raro fiat epilepsia in senibus ꝑ decreptis. Nā illis rarius fit epilepsia malācolica uel flegmatica in quibus est paucus calor motiuus ad colliquādū et etiā expellendū materiam sed hoc est in senibus maior est nota qa epilepsia pprie est morbus subito ueniens & satis subito recedēs. minor etiam ē nota. Si gº uolumus saluare Auer. dicemus quod nō loq̄tur de epilepsia opilatiua sed melancolica uel flegmatica. ¶ Ad rationem dicendū ꝙ nō sufficit presentia materie grosse sed requiritur motor illius materie ¶ Ad aliā dicendum qđ nō est simile de apoplesia et epilepsia qa apoplesia potest fieri p uiā simplicis exuberantie materie suffocantis & opilantis pfecte nec expectatur ita paroxismatō sicut i epilepsia ymo si fortis est apoplesia nō soluitur sed epilepsia est magis paroxismans & indiget motore materie eliquatiuo & expulsiuo. ¶ Et causas si licet ꝯiūctas & antecedentes ¶ Adiuuant &c̄ patet. ¶ Et pocio uini puri propterea quod impedit stomachum. ¶ Contra per Galienū secundo regiminis acutorum. z8. commento ¶ Hic esset sermo prolixus in suo loco. ¶ Hic tamen breuiter dicendum quod hoc dictum refertur ad eum qui est debilis stomachi silicet apti recipere colerā ex ieiunio & huic ꝯfert uinum granatorū uel agresta & similia Vinū autem purum inflammando excitat coleram. Quibusdam autē secūdū alios modos debilibus in stomacho potest uinū purū cōferre sic

quibusdā debilibus in stomacho pōt conferre aqua frigida.ut fen.13.capitulo de debilitate stomachi. In hoc autē sunt multū considerā de consuetudines.Nam quia sarracenis non ē licitū bibere uinū.ut Auer.7° colliget ideo magis ab eo nocentur. Consueti uero iuuantur magis.uel non sic nocentur. & consuetis cōcedit Auic.q̄uis sint distēperati in epate distēpātia calida.ut fen.14.capitulo de cura male cōplexionis calide epatis. Et dionisius tirannus ꝑpter consuetudinē potus uini magis sanus uiuebat cum potu eius.ut Ar.poit problemate .78.primo ꝓblemate. Et dicitur.s.ab Alexandro capitulo de epilepsia.Alibbas uero dicit omnium.& in hoc non uidetur nisi proprietas. Hasce.i.thimū a quibusdā. Epilepsia hic ostendit modos terminationis siue remotionis epilepsie.& primo facit hoc.2° quorūdā sntētiā ponit.3° iterū ponit modū quedā terminationis.4° iterum ponit can.de preparatōne corporū.ibi.2ª.quidā autē.ibi.3ª.inquit ibi.4ª. preparatis epilepsie. Considerandū circa primā ptē ꝙ quartana curat epilepsiā ꝑpter tria.prio suus calor digestiuus & resolutiuus multū durat.quia ē prolixa febris.secūdo ꝑp sui tremorē.3° propter sui sudorē.& patet. Et queādmodū hoc dictum uerificatur maxime de apoplesia & epilepsia flegmatica.quia epilepsia melancolica terminatur ad melācoliā ut Rasis primo continentis.auctoritate iudei. & ideo statim Auic.dicet.epilepsia resoluitur ad paralisim & melancoliam. Quidā aūt. Primo ponit quorūdā sentētiā.2° contrariā 3°.ostendit quid sit de hoc.ibi.2ª.& alii.ibi.3ª. nullus. Dubitatur in qua epilepsia sit maior tremor concussio uel agitatio spasmosa.an in flegmatica an in melancolica. Videtur ꝙ in flegmatica.auctoritate simeonis quā ponit Rasis.primo continentis.& arguitur rōe sua quā hic poit Auic.cū dixit qdā autē.s.simeon &c. Nam in illis epilenticis est maior agitatio in quibus non est integra opilatio.i.in quibus opilatio est minor. Sed in epilepsia flegmatica opilatio ē.minor.ergo agitatio maior.prima propositō est nota.quia quāto opilatio ē minor tanto spiritus sensitiuus & motiuus potest ire ad mēbra & magis possunt cōcuti & agitari.Etiā q̄to opilatō ē minor in cerebro. tanto cerebrū potest magis se contrahere ut expellat.In maiori autē motu cerebri ɔtractiuo fit in corpore maior agitatio. Verū igitur ē ꝙ ubi opilatō ē minor agitatio ē maior. Et ꝑ cōtrarias rōes ubi opilatio ē maior agitatio est minor.quia cerebrū non sic potest contrahi.ymo stat relaxatū quasi apropinquans dispositioni apoplesie.minor propositio est nota. Nā flegma non est sic spissum sicut melancolia.i.non ē sic grossum & per consequens non sic est opilatiuum.sed melancolia perfecte siue integre opilat idest magis integre q̄ flegma.non tamen in epilepsia omnino integre. quia tunc esset apoplesia Concludit ergo quod i flegmatica sit magna agitatio. Quare in ipsa silicet melācolica epilepsia accidit parua agitatō. In cōtrariū arguitur cum dicit & alii poteſt impōi Tabro quē alegat Rasis & sumpta maiori ꝑ positione symeonis Arguit sic in epilepsia fit magna agitatio siue maior in qua est minor opilatio sed in epilepsia melācolica est minor opilatio quia humor pauce quātitatis & paucę penetrationis in meatibus minus opilat sed melancolia respectu flegmatis est humor pauce quātitatis in nobis flegma enim post sanguinē plus habundat ut Mesue in de consolatione 2°capitulo Est etiā melācolia pauce penetrationis quia humor est nō ita labens sicut flegma ergo facit minorē opilationē ergo in epilepsia melancolica est maior agitatio & tremor qđ est contra simeonē Hec omnia Auic.in litera ponit Ad hanc questionē dicēdū sicut Auic. dicit quod nullus sermo istorū est determinatus quia contingit utrūq uerificari. Propt quod sciēdum quod tota difficultas stat.i. hoc quis humor magis opilet an flegma an melancolia. Et dicendum quod si in his humoribus consideramus quātitatē & ut sic magis opilat flegma tamen hic sermo nō est omnino determinatus quia cōtingens est plus in aliquo peccare de melancolia i quodam minus & sic flegmate. Secundo consideramus eorum substantiam & hoc dupliciter uel substantiā .i.fluxibilitatē uel substantiam idest grossiciem uel subtilitatem Si quidem cōsideramus fluxibilitatem cum flegma possit magis fluere ad meatus & loca opilabilia quam malancolia magis secundum hoc flegma magis opilabit Sed si cōsideramus grossiciē substantie tūc melācolia magis opilat Posita ergo in una uia portione equali flegmatis & melancolie melācolia magis opilabit quia grossior sed ad locum opilandum tardius melancolia fluit Et quia cōtingit quādoq plus opilare uel fortius melancoliā quādoq uero flegma ideo neuter sermo determinatus est. Inquit hic pōit ēt quēdā modū terminationis ipsius Et patet.

PREPARATIS ACCIDIT.Hic pōit canō de preparatione corporum & primo facit hoc 2° addit aliū canō 2ª Ibi Epilepsia Quod pr.° dicit patet. Dubitatur utrū epilepsia infātium & mulierū & eorū quoꝝ sanguis ē paucus sit pauca siue parua uidetur quod non quia epilepsia cito ocidens est multa ꝫ in epilepsia

infantiũ mulierũ & eorũ quorum sanguis ē pau
cus cito occidit ut Rasis primo cõtinētis aucto
ritate Tabri Vnde dicit epilepsia īterficit uelo
citer pueros & mulieres & illos qbus ē pau
cus sanguis & eorũ uene sunt arte ¶ Dicēdũ
p° p littere corruptõez qa ubi dicit ē pauca
uult dicere ē praua .i. cito occidēs & sic cõcor
dat cũ Rasi. ¶ Sz stati dubitatur nã morbus
cõsimilis nature nõ ē praus immo in eo minus
periclitantur egrotantes sed epilepsia ē morbus
similis nature infantiũ quia sunt humidi &
mulierũ quia sunt frigide & humide & ha
bentium paucum sanguinem quia etiam sunt
frigidi & aggregãt flegma ppter debilitatē
digestiõis ergo epilepsia in istis ē minus mala
& non ē praua. ¶ Dicendũ saluando litteram
nostrã q epilepsie istorũ sunt parue .i. a parua
siue pauca cã. Rõ est. quia illa epilepsia ē pau
ca .s. a pauca causa que fit in consimili natura.
sed istorũ epilepsie fiunt in corporibus natu
re consimilis .ut declaratũ est. ergo &c̃. maior
est Gali. in cõmento affo. secũde particule ¶ In
morbis minus &c̃. & A. fen. 14 ca° de ydropisi
& primo can. fen. 2ª. ca° de cõplendis dispositõ
nibus. ¶ Sed tunc restat soluere. Ad auctorita
tē Tabri dicendũ dupliciter. primo modo non
concedendo illã auctoritatē. Nam morbus cõ
similis nature corporis. sicut fit a parua causa
& ē paruus. ita est minus malus & minus oc
cidens. ¶ Vel dicendũ q dictũ Tabri põt ueri
ficari. Nam licet morbus cõsimilis nature p se
sit magis salubris. tamen ppter alias dispositio
nes annexas. potest esse magis mortalis. sicut
apparet de chatarro in senibus. & de ptisi in
preparatis. ut cõmentator ibidem. ¶ Dicemus
ergo q epilepsia est praua in īfantibus & mu
lieribus & hominibus pauci sanguinis ppter
debilitatē uirtutũ eorũ. & qa spasmosus mo
tus cõsummit de sanguine & spiritu. ēt ppter
hoc epilepsia istorũ ē praua mortalis. licet epi
lepsia que procedit per uiã suffocationis pos
sit poni prauior in uiris & calidis corporibus
quia ista corpora minus uiuunt phibita ab an
helitu. ut notũ ē. est ēt praua quia flegma ce
rebri & corporis non recipitur in uenis ppter
earũ coartationē. & hoc ē quod dicit Rasis p°
continentis. auctoritate Hyp. multi pueri mo
riuntur ex eo. quia uene eorũ sunt arte. & non
possunt recipere flegma plurimum &c̃.

D Icimus. Cũ posuit cãs & diuersi
tates epilepsie. Ponit hic signa. Et
primo in generali & confuse. 2° in
speciali. ibi. 2ª. cũ aũt uolueris sci
re. Prima in duas. primo facit hoc. 2° cõparat
modos epilepsie adiuicē. ibi. 2ª. nõ omnis uero.
¶ Dubitatur utrũ epilenticis sit lingua citria
uidetur q non. qã epilepsia plurimũ fit a fleg
mate. sed cũ flegma abũdat nõ citrinat linguã
imo dealbat. ¶ In contrarium est Auic. hic &
supra in capitulo de significationibus sumtis
ex dispositionibus mēbrorũ. que sunt cerebro
sicut propagines. ¶ Dicendũ q iste textus re
peritur arctior ab auctoribus ante Auic. Ale
xander enim dicit ad cognoscendũ epilepsiaz.
uiridis sub lingua eorũ inuenitur omnis uena.
Rasis uero primo continentis capitulo de epi
lepsia dicit. fertur q uene pacientis epilepsiam
que sunt sub ligua sunt uirides. nõ aũt dicunt
h° ppria auctoritate. nec dicũt q supior ps lin
gue sit citrina. Causa .n. uiriditatis ē infrigida°
sanguinis partium capitis unde tendit ad mor
tificationem. & sic ad quandam uiriditatem
Sed pars grossior huius sanguinis sub lingua
cõtinetur magis. & ideo apparet ibi uiriditas
pars autem subtilis petit magis locum supra
linguã & ideo facit in ea uiriditatē magis cla
rã que uiriditas potest dici citrinitas immo ita
curit i usu. ut Ga. in cõmento secũdi pronosti.
.20. camento & 2° regiminis acutorum. 21. cõmen
to Alia cã posset dari quod in epilenticis pp
nocumentũ in anhelitu fit aliqua inflammatio
in spiritibus & sic aliqua colere acuitas uñ
lingua tingitur quia illis partibus comunicat
licet ipsa lingua sit per sui colores multũ signi
ficatiua dispositionũ corporis ut Aristoteles pbl'e. 35.
4° pbl'e Ex quibus cõtraria cessant.

¶ ET PLVRIMVN ANTECEDIT EAM
Silicet epilepsiã l' poroxismũ epilepsie mutatõ
caloris qa ex hoc ipsa fit. ¶ Grauitas in capi
te. s. cũ ipsa est materialis de materia humora
li proprie cũ irascitur quia ira cõmouet materi
as & facit eas ledere magis aut accidit inflatio
in uētre. s. cũ ē epilepsia comunitate stomachi
uel mirah. ¶ Coartatio in motu lingue idest
impediuntur in loquela propter nocumentuz
cerebri. Somnia mala pp eadē cãz. ¶ Obliuio
propter hũectationē cerebri In flegmatica epi
lepsia & in melãcolica etiã est obliuitio rerum
illius hore ut appz ex dictis supra ca° d' corup
tiõe memorie.

¶ PAVOR Hic appz dr̃ia inter ista secundum
litterã extra Nam pauor est de preteritis sed
timor & formido de futuris Ista fiunt ppter
